





A 800,339


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE
READING
ROOM



LATEINISCHE SENTENZEN.

GESAMMELT UND GEORDNET

VON

DR. PHIL. CARL HARTUNG

OBERLEHRER.



BERLIN

VERLAG VON F. HENSCHEL

1872.

SENTENTIARUM LIBER.

COLLEGIT ET DISPOSUIT

CAROLUS HARTUNG

DR. PHIL.



BEROLINI

SUMPTIBUS F. HENSCHELI

MDCCCLXXII.

Vorrede.

Sentenzen d. i. kurze, aus der Sittenlehre geschöpfte Aussprüche, die zeigen, was sei oder was sein solle, finden sich in den Werken der lateinischen Schriftsteller vielfach verstreut. Sie enthalten ähnlich den Sprüchwörtern, mit denen sie vielfach auch zusammenfallen, kurze Behauptungen, Lehren oder Warnungen, und sollen die allgemeine Grundlage für den speciellen Fall abgeben. Sie legen Zeugnis ab von dem praktischen Sinn des römischen Volkes, das an diesen Erzeugnissen der Lebensweisheit so groſsen Gefallen fand, daſs dieselben ihm in Fleisch und Blut übergingen. Aber nicht nur vor alten Zeiten, sondern auch heut zu Tage werden sie noch oft angewandt; in vielen Fällen sind sie gerade die einzigen Reminiscenzen, gewissermaſsen das aus der Schulzeit gerettete und im Drang der Geschäfte bewahrte Erbteil derjenigen, die den klassischen Studien oblagen, durch ihren Beruf aber später denselben entzogen wurden.

Schon diese Beliebtheit der Sentenzen würde es rechtfertigen, daſs dieselben, aus ihrem Zusammenhang gelöst, nach bestimmten Gesichtspunkten gruppirt, dem Leser vor die Augen geführt werden, damit derselbe sich an den alten

Bekannten erfreue und mittelst der Anordnung leicht zurechtfinde, zugleich aber auch erkenne, was die Römer über den einen bestimmten Begriff gedacht und gesprochen haben. Ist damit ein Zweck des Büchleins angegeben, dafs es nämlich zum Nachschlagen dienen soll, sei es nun zur Unterhaltung oder zur Belehrung, so ist ferner noch der andere zu betonen, dafs es dem Lehrer eine Stütze bieten soll für lateinische und deutsche Bearbeitungen; auch könnte dasselbe dem Schüler der oberen Klassen in die Hand gegeben werden, damit derselbe die für die Behandlung eines Begriffes nötigen Gedanken zum Teil beisammen finde, — natürlich soll er sie nicht *pure* abschreiben. Ferner würde es zu empfehlen sein, wenn in den Grammatiken und Uebungsbüchern statt der Sätze, die oft gar keinen vollständigen Sinn bieten, solche Sentenzen, die in sich abgeschlossen und leicht zu merken sind, zur Anwendung kämen. Zuletzt möchte ich noch darauf hinweisen, dafs behufs Aufsuchung von Parallelstellen zur Erklärung von Schriftstellern das Material in dieser Sammlung geordnet vorliegt.

Wie die Alten über Wert und Anwendung der Sentenzen dachten, ergibt sich aus folgenden Aeufserungen. Seneca rühmt zum Schlufs des 8ten Briefes, dafs die Dichter so viele der besten Philosophen würdige Aussprüche getan hätten, in den Tragödien, Schauspielen, Komödien und namentlich in den Mimen. Am Ende des 13ten Briefes an Lucilius sagt er, er könne nicht schliefsen, ohne ihm als Viaticum noch eine treffliche Sentenz Epicurs mitzugeben; dasselbe tut er zum Schlusse des 26sten Briefes. In der Mitte des 33sten Briefes bemerkt er: Sentenzen lernen sich am besten, wenn sie in Versen geschrieben sind. Deshalb geben wir sie den Knaben zu lernen, weil der Geist derselben sie leicht zu *fassen* vermag. Im 108ten Briefe ruft er aus: „lange prosaische

Ermahnungen sind ganz schön, aber wie viel besser schnellt der kurze poetische Satz von der Lippe! Wenn ein solcher Gemeinplatz vorkommt, dann klatscht das ganze Theater.“ Am wichtigsten ist Brief 104: „Die *praecepta* sollen auf die Pflichten hinweisen; also sind sie unbedingt nötig und nicht zu verwerfen, wie etliche gemeint haben. Wer möchte bestreiten, dafs durch gewisse ganz kurze aber schlagende Lehren auch die Unerfahrensten getroffen werden? so z. B. durch den Satz: *nihil nimis* u. A. Keinem fällt es dabei ein, an der Warheit dieser Worte zu rütteln oder zu zweifeln; so sehr leuchtet dieselbe auch ohne Beweisführung ein.“ Aufserdem kann man noch vergleichen: Sen. contr. 7, 3; 10, 4; ep. 94. Quint. 8, 5, 25. Hor. a. p. 335.

Solcher Sentenzensammlungen ist freilich schon eine grofse Anzahl vorhanden; ich nenne aus vielen nur die von Abel, Bach, Bischof, Bötticher, Dressel, Faselius, Fischer, Fleischner, Georges, Grofsmann, Graser, Günther, Hartleben, Holzthey, Michaelis, Mirandula, Oertel, Philippi, Rein, Schmidt, Serz, Seybold, Steiner, Zell. Alle diese Bücher beschränken sich mehr oder minder auf einen bestimmten Stoff. Für vorliegenden Zweck wird es genügen, die letzte derartige Sammlung zu kritisiren und daraus die Notwendigkeit einer neuen zu konstatiren; ich meine *Wuestemann promptuarium sententiarum*, neu herausgegeben von M. Seyffert, Nordhausen bei Förstemann 1864. Da eine Auswahl an sich schon sehr subjectiv ist und der Willkür grofsen Spielraum läfst, so ist sie mit der äufsersten Vorsicht zu handhaben. Das Verdienst, dies getan zu haben, kann ich im Ganzen und Grofsen Wüstemann nicht absprechen; aber in der Beschränkung hat er auch das äufserste Mafs angewandt. Denn die Fragmente der Tragiker und Komiker, die Sentenzen des Tragöden Seneca, des Dionysius Cato, des Phädrus und

Syrus sind viel zu wenig benutzt, wie folgende Zusammenstellung lehrt. Seneca wird 35mal citirt, so der *Hercules furens* auf p. 33. 38. 43. 145. 194., die *Medea* auf p. 33. 36. 188. 189., während in jenem Drama mindestens 26, in diesem 18 treffliche Sentenzen enthalten sind. Von den 80 guten Sentenzen des Phädrus werden nur 7 citirt auf p. 49. 112. 142. 144. 152. 174. 191. Unter dem Namen des Syrus ist eine treffliche Sammlung alter Kernsprüche auf uns gekommen, deren keiner fehlen sollte; doch von den 857 Stück werden blos 36 angeführt. Von den 80 Stellen, die in der Naturgeschichte des Plinius vorkommen, gibt W. allerdings die Hälfte, aber darunter viele unbrauchbare. Eine solche Beschränkung geht zu weit; von dem Bekannten, das von den Alten selbst als Sentenz überliefert wird, darf nichts fehlen. Wie viel bei W. fehlt, wird dem, der beide Bücher vergleicht, einleuchten beim Zusammenhalten der Begriffe: Alter, Friede, Gesetz, Gewohnheit, Reichtum, Ruf, Selbstliebe, Spiel, Treue, Weib. — Oft hat W. auch wieder zu viele Aussprüche in den Bereich der Sentenzen gezogen. Dies gilt von den philosophischen Ansichten über die Welt und Naturkörper, die sich namentlich auf den ersten Seiten häufen; ferner von den Definitionen abstrakter Begriffe, die in einer Sentenzensammlung nach meiner Auffassung nichts zu tun haben. — Hinsichtlich der Anordnung scheint es mir unbedingt notwendig, dafs die Reihenfolge der Wörter eine alphabetische sei. Man erreicht dadurch eine bequemere Uebersicht, als wenn man erst im Register nachschlagen und das betreffende Wort aufsuchen müfste; auch müssen aus demselben Grunde die Begriffe, unter denen die Sentenz aufzusuchen ist, in deutscher Sprache dastehen. Bei W. dagegen sind die Ueberschriften lateinisch, und jeder Begriff umfafst alles, was nur immer in den Bereich desselben ge-

›gen werden kann. Ich habe mir dabei blos eine Freiheit :laubt: nämlich wenn mehrere ziemlich gleichbedeutende Vörter (wie z. B. Mut, Tapferkeit; Elend, Uebel, Unglück) ›rkommen, so habe ich mich für eines derselben entschieden nd unter dasselbe die Sentenzen gesetzt; wo dieselben in iesem Falle zu suchen seien, darüber gibt das am Schlusse efindliche Register Auskunft. Schien es bei einer Sentenz weifelhaft, auf welchem Worte der Nachdruck liege, so ist ieselbe wiederholt angeführt worden. — Wenn W. in seiner 'orrede sagt, er habe viele Sentenzen deshalb weggelassen, m das Büchlein nicht zu stark anwachsen zu lassen, so ätte er diesem Uebelstande leicht dadurch abhelfen können, 'enn er die 40 Seiten lange Vorrede, welche seine und eines Bruders Lebensgeschichte enthält, wegliefs. Denn › viel treffliches auch dieselbe enthält und so tiefe Einlicke dieselbe uns eröffnet in das Leben und den Studienang der beiden Brüder, hier konnte sie füglich wegleiben.

So glaube ich das Erscheinen einer neuen Sammlung enügend begründet zu haben. Allerdings wird auch an ieser noch viel auszusetzen sein und werde ich etwaige Behrungen stets dankbar entgegen nehmen; denn ich weifs echt gut, dafs wir *quotidie addiscentes senescimus.* Mein weck war: eine möglichst vollständige Sammlung der esten und bekanntesten Sentenzen zu bieten. Für die nfügung des Anhangs, welcher über 130 *celebria veterum pophthegmata* enthält, wird mir Jeder Dank wissen, der eifs, mit wie vieler Mühe das Auffinden eines solchen ohne ngabe der Stelle gelesenen Ausspruches oft verknüpft ist.

Die Sammlung enthält gegen 5750 Sentenzen unter 517 egriffen. Die ergiebigsten Fundorte waren die Prosaiker ... (*declamationes*), Seneca, Varro und die Poeten

Syrus, Dionysius Cato; ferner: Cicero, Curtius, Livius, die beiden Plinii, Quintilianus, Sallustius, Tacitus, Velleius, Valerius Maximus; die Anthologia latina, Ennius, Horatius, Juvenalis, Lucilius, Persius, Phaedrus, Plautus, Seneca, Terentius, Vergilius. Bei den übrigen Autoren kommen die Sentenzen minder zahlreich vor.

Sprottau, 15. August 1872.

Carl Hartung.

Aberglaube.

superstitio error insanus est; amandos timet, quos colit violat. Sen. ep. 123.

nulla res multitudinem efficacius regit quam superstitio. Curt. 4, 10, 7.

nihil in speciem fallacius est quam prava religio. Liv. 39, 16.

magna gentium in rebus frivolis plerumque religio est. Plin. n. h. 16, 44, 251.

ad religiones maxime etiam nunc caligat humanum genus. Plin. n. h. 30, 1, 2.

fortuna quos miseros fecit et superstitiosos facit. Sen. contr. 8, 1.

non superstitione tollenda religio tollitur. Cic. div. 2, 72, 148.

deforme sub armis | vana superstitio est. Sil. Ital. 5, 125.

Abhängig.

precarium habet fundamentum, qui ex alienis pendet. Varr. sent. 25.

Abwesend.

omnia plerumque quae absunt vehementius hominum mentes perturbant. Caes. de bell. gall. 7, 84.

Achtung.

existimationem retine! Dion. Cat. sent. 38.

Ackerbau (Saat).

hominum generi universo cultura agrorum est salutaris. Cic. de sen. 16, 56.

nihil est agricultura melius, nihil dulcius, nihil homine dignius. Cic. de off. 1, 42, 151.

multa cura sata perducuntur in segetem. Sen. de ben. 2, 11.

ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest. Cic. Turc. 2, 5, 13.

et post malam segetem serendum est. Sen. ep. 81.

vestigia domini res agro saluberrima. Colum. r. r. 4, 18.

ut sementem feceris, ita metes. Cic. de orat. 2, 65, 261.

Adel.

nobilitas sola est atque unica virtus. Juv. 8, 15.

pulcrius multo parari quam creari nobilem. Solon ap Auson. p. 149. ed. Bip.

...... perit omnis in illo
nobilitas, cuius laus est in origine sola. Luc. ad. Calp. Pis. 10.
qui genus iactat suum, | aliena laudat. Sen. Herc. fur. 341.
ingenuum nasci facile est. Petr. 57.
non genus virum ornat, generi vir fortis loco. Att. ap. Non. 338, 22.
homo locum ornat, non hominem locus. poeta ap. Charis. V. p. 254.
virtute decet, non sanguine niti. Claud. de IV. cons. Hon. 220.
omnes, si ad primam originem revocentur, a diis sunt. Sen. ep. 44.
animus facit nobilem. Sen. ep. 44.
nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium et artibus bonis aptius. Sen. de ben. 3, 28.
famae ..... nobilitus late ex stirpe praeclara evagat. Att. ap. Non. 467, 28.
contemptor animus et superbia commune nobilitatis malum. Sall. Jug. 64.
natura quidem omnibus novitatis incrementis adversa nobilitas. Quint. decl. 3, 18.

Adoption.

adoptio fortunae remedium est. Sen. contr. 2, 1.

Aehnlich.

similia delectant. Sen. ep. 109.
multi ob similitudinem morum aliena malefacta sibi obiectari putant. Tac. ann. 4, 33.

Alle.

cui omnes bene dicunt, possidet populi bona. Syrus 103.
non eadem omnibus sunt honesta atque turpia. Nepos praef. 3.
ubi omnes peccant, spes querellae tollitur. Syrus 853.

Allmacht.

in facili est omnia posse deo. Ovid. a. a. 1, 562.

All zu viel.

vitiosum est ubique, quod nimium est. Sen. de tranq. an. 9.
vitium est ubique, quod nimium est. Quint. 8, 3, 42.
nemini nimium bene est. Afran. emanc. 78 ed. Ribb.
perniciosissimum in omni quidem vita quod nimium, praecipue tamen corpori. Plin. n. h. 11, 53, 284.
nihil nimis! Sen. ep. 94.
quod nimium, fugito; parvo gaudere memento:
tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur. Dion. Cat. dist. 2, 6.
ego voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitror. Trab. ap. Cic. Tusc. 4, 15, 35.
nimia cura deterit magis quam emendat. Plin. ep. 9, 35, 2.

nocet saepe nimia diligentia. Plin. n. 35, 10, 80.
nimium boni est cui nil est mali. Cic. de fin. 2, 13, 41.

Alter (Altertum, Greis).

nulli non senectus sua est. Sen. ep. 71.
senectus ipsa est morbus. Ter. Phorm. 4, 1, 9.
senectus non modo languida atque iners non est, verum etiam est operosa et semper agens aliquid et moliens. Cic. Cat. 8, 26.
vetustas nobis semper, si sapimus, adoranda est. Macr. sat. 2, 10.
senectus crepusculum est quod longum esse non potest,
homini seni quidquid interim fit, iuxta interim fit.
Front. ad am. 2, 11, 35.

Alter bezwingt alles.

nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non consumat et conficiat vetustas. Cic. pro Marc. 4, 11.
nihil non longa demolitur vetustas et movet ocius quod consecravit.
Sen. de brev. vit. 15.
omnia vetustate labuntur nec quicquam tutum a senectute est.
Sen. nat. quaest. 6, 10.

Das Alte gefällt.

vetera extollimus, recentium incuriosi. Tac. ann. 2, 88.
vitio malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio sunt. Tac. orat. 18.
crescit tractatu ipso admiratio antiquitatis. Plin. n. h. 27, 1, 1.
omnia post obitum fingit maiora vetustas. Prop. 4, 1, 23.

Das Alter naht schnell.

labitur occulte fallitque volatilis aetas
et nihil est annis velocius. Ov. met. 10, 519.
tempora labuntur tacitisque senescimus annis. Ov. fast. 6, 771.
heu sero revocatur amor seroque iuventa
cum vetus infecit cana senecta caput. Tib. 1, 8, 41.
frustra, cum ad senectam ventum est, repetas adolescentiam.
Syrus 511.

Eigenschaften des Alters.

unum hoc vitium adfert senectus hominibus:
attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est. Ter. ad. 5, 3, 48.
avidum esse oportet neminem, minime senem. Syrus 41.
senectus si nil quidquam aliud viti
adportes tecum, cum advenis, unum id sat est,
quod diu vivendo multa quae non volt videt. Caec. ap. Cic. 8, 25.
habet hoc senectus in se, cum pigra ipsa sit,
spisse ut videantur omnia ei confieri. Pacuv. ap. Non. 393, 2.
anus cum ludit, morti delicias facit. Syrus 33.

annosus non diu vixit, diu fuit. Syrus 557.
rugosi passique senes eadem omnia quaerunt. Lucil. sat. 19, 1. ap. Non. p. 7. a.
eheu quam miserum est, fieri metuendo senem. Syrus 132.
nil turpius quam vivere incipiens senex. „ 661.
quod aetas vitium posuit, aetas auferet. „ 433.
miserum est instrumentum senectuti recordatio crudelitatis. Amm. Marc. 29, 2, 18.
deliramus interdum senes. Plaut. Epid. 3, 3, 11.
omnia fert aetas, animum quoque. Verg. ecl. 9, 51.
misera est senectus quae se oratione defendit. Cic. Cat. 18, 62.
rarum est felix idemque senex. Sen. Herc. Oet. 644.
turpe est seni, ex commentario sapere. Sen. ep. 33.
quod senior loquitur, omnes consilium putant. Syrus 439.
temeritas est florentis aetatis, prudentia senescentis. Cic. Cat. 6, 20.
senectus plena est voluptatis, si illa scias uti. Sen. ep. 12.
in senectute magni doloris vita brevis est. Quint. decl. 7, 10.
cum sapias animo, noli ridere senectam:
nam quicunque senex, puerilis sensus in illo est. Dion. Cat. 4, 18.
tam ridenda in sene puerilitas quam obstupescenda in puero optimorum morum constantia. Varr. sent. 74.
multorum cum facta senex et dicta recenses,
fac tibi succurrant, iuvenis quae feceris ipse. Dion. Cat. 1, 16.
nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuvenis. Sen. ep. 59.
nemo est mane qui fuit pridie. ibid.
sola virtutum incorrupta testis vetustas. Quint. decl. 3, 10.

Aendern.

plerisque mutatis ea quoque mutata videntur quae manent. Plin. ep. 8, 21, 6.
ideo mutari nolumus, quia nos optimos esse credimus. Sen. ep. 59.
aetates cum earum moribus mutari non minus laudabile quam honestum. Varr. sent. 73.

Andere (fremd).

pauci prudentia honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt, plures aliorum eventis docentur. Tac. ann. 4, 33.
plerique, ubi aliis maledicunt, faciunt convicium sibi. Syrus 797.
aliena prospexisse tantummodo satis est, cum propriis multoque uberioribus et felicioribus exemplis gloriari liceat. Val. Max. 2, 7. Ext. 2.
aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt. Sen. de ira 2, 28.
fit nescio quomodo ut magis in aliis cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Cic. off. 1, 45, 3.

ita comparata est hominum natura, ut aliena melius videant et diiudicent, quam sua. Ter. heaut. 3, 1, 94.
aliena quisque vitia reprehendi mavult quam sua. Quint. 2, 5, 17.
aliena nobis, nostra plus aliis placent. Syrus 9.
nulli ad aliena respicienti sua placent. Sen. de ira 3, 31.
impatiens est alienae gratiae, qui diffidit suae. Fronto pro patre 5.
malum alienum ne feceris tuum gaudium! Syrus 281.
nulli celerius homines incidere debent in malam fortunam quam qui alienum concupiscunt. Petr. 140.
labore alieno magno partam gloriam
verbis saepe in se transmovet qui habet salem. Ter. Eun. 3, 1, 9.
utile sed ingloriosum est, ex illaborato in alienos succedere labores. Varr. sent. 149.
nunquam decet sic adversus alios agere, quomodo in nos agi ab hominibus condicionis eiusdem iniquo animo feramus. Quint. 11, 1, 66.

qui alteri exitium parat,
eum scire oportet, sibi paratum, pestem ut participet parem. Enn. ap. Cic. Tusc. 2, 16, 38.

qui alterum incusat probri, eumpse se intueri oportet. Plaut. Truc. 1, 2, 63.

qui statuit aliquid parte inaudita altera,
aequum licet statuerit, haud aequus fuit. Sen. Med. 199.

turpe est aliud loqui, aliud sentire. Sen. ep. 24.
aliud est maledicere, aliud accusare. Cic. Cael. 3, 6.
aliter utimur propriis, aliter commodatis. Tac. orat. 32.
non aliter vives in solitudine, aliter in foro. Syrus 791.
aliis alia licentia est. Sall. Cat. 51.
aliud atque aliud, ubi prima quaeque damnamus, subicit animus. Curt. 6, 6, 27.
inter extraneos quoque et alienos est aliquod privilegium aetatis. Quint. decl. 258.

Anfang.

principium vitae obitus meditatio est. Apul. No. 225 ed. Meyer.
quidquid habet ortus, finem timet. Stat. silv. 2, 1, 218.
omnia orta occidunt et aucta senescunt. Sall. Jug. 2.
quidquid coepit, et desinit. Sen. cons. ad. Pol. 20.
orta omnia intereunt. Sall. ad. Caes. de rep. ord. 1, 5.

Gut Ding will Weile haben.

nulla res consummata est, dum incipit. Sen. nat. quaest. 6, 5.
longe semper a perfecto fuere principia. ibid.
citra perfectionem omne est principium. Varr. sent. 138.

nihil est quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum, quam rei experimentum. Apul. flor. p. 5.
semper quod incipit imperfectum adhuc et informe est et ad perfectionem sui per procedentis artis et temporis additamenta formatur. Macr. sat. 7, 16.

Jeder Anfang ist klein und schwierig.

quidquid futurum est summum, ab imo nascitur. Syr. 417.
omnium rerum principia parva sunt. Cic. fin. 5, 21, 58.
initium semper a parvis iniusta imperandi fit. Liv. 35, 17.
nemo inde coepit quo incredibile est pervenisse. Quint. decl. 1, 6.
quis unquam a summis incipit? Quint. decl. exc. p. 406.
incipere multo est quam impetrare facilius. Plaut. Poen. 5, 2, 14.
scandenti circa ima labor est. Quint. 12, 10, 78.
tantummodo incepto opus est, cetera res expediet. Sall. Cat. 20.
coepta expugnare secundum est. Ov. met. 9, 619.

Hüte dich vor dem ersten Schritt!

principiis obsta! Ov. rem. am. 91.
omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. Cic. phil. 5, 11, 31.
una rebus salus est, occurrere ad primos rerum impetus. Sen. ben. 6, 31.
initia in potestate nostra sunt, de eventu fortuna iudicabit. Sen. ep. 14.
principiis obstemus! melius non incipient quam desinent. „ „ 72.

Ueberlege, dann handle!

in omnibus negotiis, priusquam adgrediare, adhibenda est praeparatio diligens. Cic. off. 1, 21, 73.
quoties aliquid conaberis, te simul et ea quae paras quibusque pararis ipse metire. Sen. de ira 3, 7.
omnia inconsulti impetus coepta initiis valida spatio languescunt. Tac. hist. 3, 58.

---

primum quaedam initium ab aliis trahunt et tamen initiis suis maiora sunt. Sen. ben. 3, 29.
nulla non res principia sua magno gradu transit. ibid.
principia sua semper sequens magnitudo obruit. ibid.
saepe ex malo principio magna familiaritas conflata est. Ter. Eun. 5, 2, 34.

Angenehm.

grata superveniet quae non sperabitur hora. Hor. ep. 1, 4, 14.
si quicquam cupido optantique obtigit unquam
insperanti, hoc est gratum animo proprie. Catull. 107, 1.

iucundum nihil est nisi quod reficit varietas. Syrus 246.
quod voles gratum esse, rarum effice. Sen. ben. 1, 15.
gratum facit fortuna quam nemo invidet. Syrus 179.
spina etiam grata est, ex qua spectatur rosa. „ 474.
multa sunt iucunda quae tamen sunt incommoda. Phaedr. app. 27, 1.
iucunda macula est ex inimici sanguine. Syrus 245.
suave, mari magno turbantibus aequora ventis,
e terra magnum alterius spectare laborem;
non quia vexari quemquamst iucunda voluptas,
sed quibus ipse malis careas quia cernere suave est. Lucr. 2, 1—4.

Angst.

ubi cura est, ibi anxitudo. Att. ap. Non. 72, 28.
qui nimis anxie munia conficiunt, parum amicitiae confidunt.
Fronto laud. negl. 2.
calamitosus est animus futuri anxius. Sen. ep. 98.

Ankläger.

accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia. Cic. pro Rosc. Am. 20, 55.
oportet esse in civitate et accusatores. Quint. decl. 313.
qui sese accusat ipse, ab alio non potest. Syrus 837.
duo sunt sola quae omni in crimine spectanda sunt: animus et eventus.
Quint. decl. 13, 14.

Ansehn.

cultus concessus atque magnificus addit hominibus auctoritatem.
Quint. 8 pro. 20.

Anstrengung (Arbeit).

nil sine magno | vita labore dedit mortalibus. Hor. sat. 1, 9, 59.
qui studet optatam cursu contingere metam,
multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit. Hor. ep. 2, 3, 412.
multa experiendo confiunt, quae segnibus ardua videntur.
Tac. ann. 15, 59.
in omnibus officiis persequendis animi est adhibenda contentio.
Cic. Tusc. 2, 23, 55.
non levis adscensus, si quis petit ardua. Cassius 112 ed. Meyer.
. . . . labor omnia vincit
improbus. Verg. Georg. 1, 145.
omnia conando docilis sollertia vincit. Manil. astr. 1, 95.
magnae curae magna merces est. Sall. ad Caes. de ord. rep. 1, 7.
si quid per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet; bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet. Gell. 16, 1, 4.
exhausti laboris nosse mensuram voluptati est et hortatur ad reliqua fortius exsequenda scire quantum supersit. Quint. 4, 5, 23.

dum vires annique sinunt, tolerate labores! Ov. a. a. 2, 669.

interdum continuatus labor firmiores facit; saepe quos labor roboraverat desidia consumpsit. Sen. contr. 1, 8.

multiplicatur ex industria labor quo condiscimus ut levetur quo decernimus. Sen. contr. 9 prooem.

generosos animos labor nutrit. Sen. ep. 31.

non est vir fortis ac strenuus qui laborem fugit. „ „ 22.

reluctante natura labor irritus est. Sen. de tranq. 6.

acti labores iucundi. Cic. fin. 2, 32, 105.

iniucunda sunt seria quae non otia intermittant. Varr. sent. 63.

ex negotio semper otium sumendum: eo tamen, ne ex continua assiduitate necesse sit id deseri. Varr. sent. 40.

Argwohn.

suspitio sibi ipsa rivales parit. Syrus 483.

suspicax animus omnium damnat fidem. „ 847.

caecus criminandi cupiditate animus, dum omnia suspecta efficere vult, aliud alio confundit. Liv. 40, 13.

est boni viri non solum ab aliquo prolatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspitiosum. Cic. Lael. 18, 65.

ut quisque est vir optimus, ita difficillime alios improbos suspicatur. Cic. ad Quint. fr. 1, 1, 4, 12.

omnes quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quomodo
suspitiosi; ad contumeliam omnia accipiunt magis;
propter suam impotentiam se semper credunt ludier.
Ter. ad. 4, 3, 14.

suspectus cave sis, ne sis miser omnibus horis;
nam timidis et suspectis aptissima mors est. Dion. Cat. 4, 43.

omnis bonos bonasque adcurare addecet
suspitionem et culpam ut ab se segregent. Plaut. Trin. 78.

saeviter suspitionem ferre falsam futtilum est.
Enn. ap. Non. p. 511, 5.

suspitio probatis tacita iniuria est. Syrus 848.

conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Dion. Cat. dist. 17.

reperies qui ob similitudinem morum aliena malefacta sibi obiectari putent. Tac. ann. 4, 33.

Armut.

Wer ist arm?

quis pauper est? qui dives videtur sibi. Syrus 720.

pauper (enim) non est cui rerum suppetit usus. Hor. ep. 1, 12, 4.

egens aeque est is qui non satis habet et is cui satis nihil potest esse. Corn. ad Her. 4, 17, 24.

non puto pauperem cui quantulumcunque superest sat est. Sen. ep. 1.

qui cum paupertate bene convenit dives est; non qui parum habet sed qui plus cupit pauper est. Sen. ep. 2.

non essemus pauperes si nesciremus quid esset paupertas. Varr. sent. 94.

nescire quid sit paupertas optimus est ad summas divitias progressus. Varr. sent. 95.

---

pauperis est numerare pecus. Sen. ep. 33.

paupertas nulli malum est nisi repugnanti. „ „ 123.

inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur. Apul. de mag. p. 268.

nemo tam pauper vivit quam natus est. Sen. cur b. v. m. f. cap. 6.

nemo ita pauper vivit quam pauper natus est. Syr. 654.

Vorteil und Nachteil der Armut.

hominem experiri multa paupertas iubet. Syrus 191.

secunda in paupertate fortuna est fides. „ 460.

quidvis egestas imperat. Plaut. Asin. 671.

paupertas satis omnis perdocet ubi quem attigit. Plaut. Stich. 178.

paupertas multum virtutis adversus insolentes divitias habet. Justin 20, 5.

egestas facile habetur sine damno. Sall. Cat. 37.

bene paupertas humili tecto
contenta latet. Sen. Oct. 899.

dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. Cic. pro Quinct. 15, 49.

ad paupertatem si admigrant infamiae, gravior paupertas fit. Plaut. Pers. 3, 1, 19.

non sibi sed domino gravis est quae servit egestas. Luc. Phars. 3, 152.

desunt inopiae pauca, avaritiae omnia. Syrus 121.

honesta res est laeta paupertas. Sen. ep. 2.

bonae mentis soror est paupertas. Petr. 84.

cantabit vacuus coram latrone viator. Juv. 10, 20.

o paupertas quam ignotum bonum es! Sen. contr. 2, 1.

quae natura negat, confert industria paucis;
vix sunt divitibus quae bona pauper habet. anon. No. 903 ed. Meyer.

paupertatis est proprium, quando alia deficiunt, exercere libertatem et dum contemptus fama vitatur potentiores vel ambitiose offendere. Quint. decl. 9, 3.

habet hoc incommodi paupertas, quod, quoties ad amicitiam superioris accessit, adfert aliquid dubitationis, fide an utilitatibus amet. Quint. decl. 332.

haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
res angusta domi. Juv. 3, 164.

semper pauperies quaestum praedivitis auget. No. 938, 21 ed. Meyer.
semper inops quicunque cupit. Claud. in Rufin. 1, 200.
pauperior votis quisque est, quo plura requirit
nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.
Manil. astr. 4, 7.
omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri vivont.
Plaut. Rud. 290.
quam timidus est is paupertatem qui timet! Syrus 406.
perdendi finem nemo nisi egestas facit. „ 366.
et genus et virtus nisi cum re vilior alga est. Hor. sat. 2, 5, 8.

---

turpis inopia est quae nascitur de gloria. Syrus 760.
causa paupertatis plerisque probitas est. Curt. 4, 1, 20.
nihil parcere egestatis est initium.
Rut. Lup. de fig. p. 124 ed. Ruhnk.
est aliquid, quocunque loco, quocunque recessu
unius sese dominum fecisse lacertae. Juv. 3, 228.
facilius est egestatem ferre in hac natis. Quint. decl. 269.
infantem nudum quum te fortuna creavit,
paupertatis onus patienter ferre memento. Dion. Cat. 1, 21.

Arzt (Arzneikunst, Heilmittel).

medicus nihil aliud est quam animi consolatio. Petr. 42.
mali medici est desperare ne curet. Sen. de clem. 1, 17.
gravissima infamia est medici opus quaerere. Sen. de ben. 6, 36.
male secum agit aeger, medicum qui heredem facit. Syr. 270.
crudelem medicum intemperans aeger facit. „ 98.
medici graviores morbos asperis remediis curant. Curt. 5, 9, 3.

---

medicina nihil reperiri potest maius. Plin. n. h. 19, 12, 189.
sola est medicina quae opus sit omnibus. Quint. decl. 268.
nulla tam necessaria est omni generi hominum quam medicina.
Quint. decl. 268.
medicina fructuosior ars nulla. Plin. n. h. 29, 1, 2.
ubi turpis est medicina, sanari piget. Sen. Oed. 515.
medicina quid praestas, nisi ut iuxta te nemo desperet?
Quint. decl. 8, 9.
non medicina sanat, sed quidquid videtur sanasse medicina est.
Quint. decl. 8, 9.
iniquissimum est desperationes vocari, quoties remedium medicina non invenit, et angustias sive artis sive mentis humanae ad invidiam referre fatorum. Quint. decl. 8, 10.

---

emedia non quaerenda sunt, ubi maior suppliciis sanatio.
Calp. Flacc. decl. 10.

emerariis remediis graves morbi curantur. Sen. contr. 4, 5.

raviora quaedam sunt periclis remedia. Syrus 599.

ardiora sunt remedia quam mala. Tac. Agr. 3.

la vera sunt remedia quae fugatis morbis postea non sentiuntur.
Quint. decl. 14, 9.

x remediis vitia fiunt nimia aut intempestiva medicina.
Plin. n. h. 17, 27, 257.

n malis nihil est perniciosius quam immatura medicina.
Sen. ad Helv. 1.

atura nusquam non remedia disposuit homini. Plin. n. h. 24, 1, 1.

t ferrum et ignis saepe medicinae loco est. Sen. Agam. 152.

sero medicina paratur,
um mala per longas convaluere moras. Ov. rem. am. 1, 91.

esperatis Hippocrates vetat adhibere medicinam.
Cic. ad Att. 16, 15, 5.

ulla remedia quae volneribus adhibentur tam faciunt dolorem quam quae sunt salutaria. Cic. ad Octav. 1, 1.

uod ratio non quit, saepe sanavit mora. Sen. Agam. 130.

raviter affectis sanitatis loco est bona remissio. Sen. ep. 29.

uaedam non nisi decepta sanantur. Sen. de ira 3, 40.

uaedam ignorantibus aegris curanda sunt. Sen. de brev. vit. 18.

d sanitatem proclivius est, quod potest detractione sanari.
Sen. contr. 9, 2.

uaecunque salutaria sunt, saepe agitari debent. Sen. ep. 94.

icatricem nihil aeque ac necessitas ipsa et dies longa et satietas doloris inducit. Plin. ep. 8, 5, 3.

aeso doloris remedium inimici dolor. Syrus 248.

ners malorum remedium ignorantia est. Sen. Oed. 513.

Aufgeben.

st difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exsequi usque ad extremum. Cic. Rabir. 2, 5.

Aufmerksamkeit.

orquet assidua observatio sui et deprehendi aliter quam solet metuit.
Sen. de tranq. an. 15.

Aufrichtig.

ocet saepe verum dicere. Phaedr. app. 15, 1.

ustus sine mendacio candor apud bonos crimini non est.
Vell. 2, 116, 4.

st benignum et plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris.
Plin. n. h. praef. 21.

Aufschieben.

differ: habent parvae commoda magna morae. Ov. fast. 3, 394.
da spatium tenuemque moram: male cuncta ministrat
impetus. Stat. Theb. 10, 704.
semper nocuit differre paratis. Luc. Phars. 1, 281.
tardum est differre quod placet. Petr. 10.
naturalis improbis hominibus dilationis est cupiditas. Quint. decl. 319.

Auftrag.

rei mandatae omnis sapientis primum praevorti decet.
Plaut. Merc. 2, 3, 42.

Aufwand (Luxus).

luxuriam accusare aliquanto facilius est quam vitare.
Val. Max. 9, 1 prooem.
turpe est diffluere luxuria. Cic. off. 1, 30, 106.
luxuriae quidquid dederis perfluet. Phaedr. App. 5, 12.
parum est luxuriae quod naturae satis est. Sen. de beat. vit. 13.
incendia puniunt luxum. Plin. n. h. 36, 15, 110.
fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa;
dandum etenim est aliquid, cum tempus postulat aut res.
Dion. Cat. 2, 5.

Auge.

nil peccant oculi, si oculis animus imperet. Syrus 324.
saepe oculi et aures vulgi sunt testes mali. „ 737.
homines amplius oculis quam auribus credunt. Sen. ep. 6.
saepius inritant animos demissa per aurem,
quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae
ipse sibi tradit spectator. Hor. a. p. 180.
bene quidquid volunt imitantur oculi. Quint. decl. 1, 5.

Augenblick.

puncto saepe temporis maximarum rerum momenta vertuntur.
Liv. 3, 27, 7.
simul parta ac sperata decora unius horae fortuna evertere potest.
Liv. 30, 30.
ima permutat levis hora summis. Sen. Thy. 598.
dum respicimus versamurque nos, iam mortalitas aderit.
Sen. de ira 3, 43.

Ausdauer (Geduld).

perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim. Ov. am. 3, 11, 7.
perfer et obdura: multo graviora tulisti. Ov. trist. 5, 11, 7.
fortem hoc animum tolerare iubebo;
et quondam maiora tuli. Hor. sat. 2, 5, 20.
durate et vosmet rebus servate secundis! Verg. Aen. 1, 207.

quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.
Verg. Aen. 5, 710.

speremus quae volumus, sed quod acciderit feramus.
Cic. pro Sest. 68, 153.

unum est levamentum malorum pati et necessitatibus suis obsequi.
Sen. de ira 3, 16.

... levius fit patientia
quidquid corrigere est nefas. Hor. od. 1, 24, 20.

cuivis dolori remedium est patientia. Syrus 106.

et miseriarum portus est patientia. „ 146.

patiens et fortis se ipsum felicem facit. „ 684.

patientia animi occultas divitias habet. „ 359.

fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.
Plaut. asin. 2, 2, 58.

patientia quaeri debet, quod gratia impetrari nequit.
Val. Max. 7, 5 prooem.

quo plura possis, plura patienter feras. Sen. Troad. 258.

gaudet patientia duris;
laetius est quotiens magno sibi constat honestum.
Luc. Phars. 9, 403.

nihil est quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura. Sen. ep. 50.

adsiduus usus uni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit.
Cic. pro Balb. 20, 45.

constantia deici loco non potest et propositum nulla vi extorquente dimittit. Sen. ep. 67.

in bonis est viris
diutius eadem una ut maneant in sententia;
nam cum benignitate soliditas propositi est.
Luc. sat. fr. 1 ap. Non. p. 314.

Aussöhnung.

reconciliatio tua et facilis sit et certa. Sen. ep. 105.

nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia. Cic. off. 1, 25, 88.

Auszeichnen, sich.

in his excellere quae nemo novit pulcherrimum est in sciente miraculum.
Varr. sent. 132.

in singulis excellere et nullum profiteri tam laudabile quam difficillimum est. Varr. sent. 106.

qui in magnis excellit, in vitiis etiam laudabitur. „ „ 122.

Barbar.

barbaris quanto quis audacia promptus tanto magis fidus rebusque motis potior habetur. Tac. ann. 1, 57.

Bauch.

plurimum homini negoti alvos exhibet, cuius causa maior pars mortalium vivit. Plin. n. h. 26, 8, 43.

magna pars libertatis est bene moratus venter et contumeliae patiens. Sen. ep. 123.

venter praecepta non audit: poscit, appellat; non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur, si modo das illi quod debes non quod potes. Sen. ep. 21.

Bedürfnis.

parabile est quod natura desiderat et expositum; ad supervacua sudatur. Sen. ep. 4.

naturalia desideria finita sunt; ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non habent. Sen. ep. 16.

Begierde (Lust).

vitium est humanae mentis nimia cupiditas. Quint. decl. 321.

Begierde kennt kein Mafs.

res immoderata libido est. Ov. ex Pont. 4, 15, 31.

nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Cic. parad. 1, 1, 6.

omnis cupiditas quantum diligitur tantum ardescit. Fulg. myth. 3, 6.

quo plura habent homines, eo ampliora cupiunt. Just. 6, 1.

nunquam improbae spei quod datur satis est; eo maiora cupimus quo maiora venerunt. Sen. ben. 2, 27.

mortalibus mos est ex magnis maiora cupiendi. „ „ 3, 3.

facit avidos nimia felicitas nec tam temperatae cupiditates sunt unquam, ut in eo quod contigit desinant. Sen. de clem. 1, 1.

cupiditati nihil est satis, naturae satis est etiam parum. Sen. ad Helv. 10.

difficile est finem facere pretio, si libidini non feceris. Cic. Verr. 3, 7, 14.

nil rationis est ubi res semel in adfectum venit. Syrus 790.

ubi intenderis ingenium, valet; si lubido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Sall. Cat. 51.

avidis, avidis natura parum est. Sen. Herc. Oet. 632.

Die Begierde erstrebt den Besitz des Nächsten.

mortalibus suarum rerum satias est alienarumque aviditas. Plin. n. h. 12, 17, 78.

pertinax alieni cupiditas multas edit strages. Amm. Marc. 17, 5, 3.

nulli celerius homines incidere debent in malam fortunam, quam qui *alienam concupiscunt*. Petr. 140.

aliena concupiscere noli! Dion. Cat. sent. 50.
cum aliena adfectant, ut adsolet fieri, propria amittunt. Just. 39, 1.
amittit merito proprium, qui alienum adpetit. Phaedr. 1, 4, 1.
prius sua defendenda, quam aliena adpetenda. Just. 28, 2.

Der Begierde geht nichts schnell genug.

est ipsa cupiditati tarda celeritas. Syrus 134.
etiam celeritas in desiderio mora est. „ 139.
longinquum est omne quod cupiditas flagitat. „ 261.
animo cupienti nihil satis festinatur. Sall. Jug. 64.

Reich ist, wer nichts begehrt.

is minimo eget mortalis qui minimum cupit. Syr. 242.
effugere cupiditatem, regnum est vincere. „ 131.
omnia habet qui nihil concupiscit. Val. Max. 4, 4 prooem.
is plurimum habebit qui minimum desiderabit. Apul. met. p. 267.
habebit quantum volet qui volet minimum. „ „ p. 268.
certum signum est infirmitatis, pluribus indigere. „ „ p. 269.
non est acerbum carere eo, quod cupere desieris. Sen. ep. 78.
tunc es omnibus cupiditatibus solutus, cum deum nihil rogas, nisi quod rogare possis palam. Sen. ep. 10.
qui minimum cupit, minimum in vita mali experitur. Plin. n. h. 7, 46, 151.

Begehre, was recht ist.

non est plus aequo petendum. Phaedr. app. 2, 1.
nil magis amat cupiditas quam quod non licet. Syr. 322.
quod vult cupiditas cogitat non quod decet. „ 442.
id quod multi invideant multique expetant te postulare inscitia est, nisi laborem summa cum cura ecferas. Att. ap. Cic. Sest. 48, 102.
inutiliter aliquid concupiscere et in eo perseveranter morari, exitio ea vicina dulcedo est. Val. Max. 7, 2. Ext. 18.
amabit sapiens, cupient ceteri. Afran. ap. Non. 421, 19.

Begehren ist schöner als haben.

rerum quas cupis praesumptio ipsa iucunda est. Plin. ep. 4, 15, 11.
nihil aeque gratum est adeptis quam concupiscentibus. Plin. ep. 2, 15, 1.
desiderata non habita magni fiunt, habita vilescunt. Varr. sent. 146.
nolo quod cupio statim tenere
nec victoria mi placet parata. Petr. 15.
. . . . . dum abest quod videmus, id exsuperare videtur
cetera: post aliud, cum contigit illud, avemus
et sitis aequa tenet vitaï semper hiantis. Lucr. 3, 1080.

faciunt homines plerumque cupidine caeci. Lucr. 4, 1145.
natura mortalium avida imperi est et praeceps ad explendam animi cupidinem. Sall. Jug. 6.
omnium rerum cupido languescit, quum facilis occasio est. Plin. ep. 8, 20, 1.
cupido difficilia faciundi animum vortit. Sall. Jug. 93.
nihil cupientes magis accendit quam prosperae turpitudinis conscientia. Sen. suas. 6.
cohibendae cupidini, ingenium ni iuvet, eruditio imbecillis est. Aur. Vict. de Caes. 19, 3.
ut cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia caritas tenet. Syrus 856.
omnis cupido acquirendi ex opinione inopiae venit. Apul. met. p. 268.
instructa inopia est in divitiis cupiditas. Syrus 229.
scelera pleraque ex cupiditate nascuntur; haec latrones facit, haec piratas. Quint. decl. 321.
cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur. Lucil. sat. 19. fr. 12. ap. Non. p. 296.
proprium est profanae libidinis, nescire quo cadat. Calp. Flacc. decl. 2.
regnat carnalis cupiditas, ubi non est dei caritas. Syrus 840.
libido cunctos etiam sub vultu domat. „ 256.

Begraben.

reddenda est terra terrae. Cic. Tusc. 3, 25, 59.
quem saevitia proiecerit, dies condet. Sen. ep. 92.
multos tangit sepultura; ad cogitationem post se futurorum plerique gravius moventur. Quint. decl. 274.

Beifall.

pravo favore labi mortales solent. Phaedr. 5, 5, 1.
mala multi probant, nemo improbat bona. Quint. 12, 10, 76.
omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Hor. a. p. 343.

Beispiel.

diutius durant exempla quam mores. Tac. hist. 4, 42.
quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Tac. ann. 6, 24.
non ibi consistunt exempla ubi coeperunt. Vell. 2, 3, 4.
omnia mala exempla ex bonis orta sunt. Sall. Cat. 51.
nunquam prodest malum exemplum; etiamsi in praesenti occasione quadam delectet, tamen in futurum altius nocet. Quint. decl. 255.

Beispiele sind lehrreich.

multorum disce exemplo, quae facta sequaris,
quae fugias: vita est nobis aliena magistra. Dion. Cat. 3, 12.
elucentissimum est edocendi genus exemplorum subditio. Varr. sent. 46.

instruenda est vita exemplis illustribus. Sen. ep. 83.
longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla. Sen. ep. 6.
optime homines exemplis docentur, quae imprimis hoc in se boni habent, quod approbant quae praecipiunt fieri posse. Plin. pan. 45, 6.
exempla ex vetere memoria plurimum solent et auctoritatis habere ad probandum et iucunditatis ad audiendum. Cic. Verr. 3, 90, 209.
nihil recte sine exemplo docetur aut discitur. Colum. de r. r. 11, 1.
neque ab ignotis exempla petere iuvat et maximis viris exprobrare vitia sua verecundiae est. Val. Max. 9, 3. ext. prooem.
nil agit exemplum, litem quod lite resolvit. Hor. sat. 2, 3, 103.

Bekannt.

omnibus vis esse notus? ipse noris neminem! Syrus 536.

Bekennen.

confessio conscientiae vox est. Sen. contr. 8, 1.
confessio habenda non est, nisi quae a sano proficiscitur. Quint. decl. 314.

Belohnung.

cuius rei praemium est in civitate, ea maximis semper auctibus crescit. Liv. 4, 2, 2.
nihil non adgressuri sunt homines, si magna conatis magna praemia proponuntur. Liv. 4, 35, 7.
fortes et sapientes viri non tam praemia sequi solent recte factorum quam ipsa recte facta. Cic. Mil. 35, 96.
diversa praemia bonos malosque sequuntur; interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia spem praebet. Sall. ad Caes. de ord. rep. 2, 12.
qui pretium meriti ab improbis desiderat, bis peccat. Phaedr. 1, 8, 1.
populi grati est praemiis afficere bene meritos de republica cives. Cic. Mil. 30, 82.

Beredt.

satis disertust e quo loquitur veritas. Syrus 841.
magna et varia res est eloquentia nec adhuc ulli sic indulsit ut tota contingeret; satis felix est qui in aliquam eius partem est receptus. Sen. contr. 3. prooem.
eloquentia non pluribus prodest quam nocet. Quint. decl. 268.
ut hominis decus est ingenium, sic ingeni lumen est eloquentia. Cic. Brut. 15, 59.
eloquentia instruit etiam quos non sibi exercet. Sen. contr. 2. prooem.

magna debet esse eloquentia quae invitis placeat. Sen. contr. 10. prooem.
innocentia eloquentia est. Apul. de mag. p. 253.
ut bonus esse velit quisque, disertus erit. Rut. Nam. 1, 276.
eloquentia male sine moribus discitur. Plin. ep. 3, 3, 7.
pectus est, quod disertos facit, et vis mentis. Quint. 10, 7, 15.
omnes in eo quod sciunt satis sunt eloquentes. Cic. de orat. 1, 14, 63.
fac tantum incipias, sponte disertus eris. Ov. a. a. 1, 610.
verba provisam rem non invita sequentur. Hor. a. p. 311.
rem tene, verba sequentur. Jul. Vict. art. rhet. 1 p. 5 ed. Mai.
usus dicendi in omni pacata et libera civitate dominatur. Cic. de orat. 2, 8, 33.
stilus optimus et praestantissimus dicendi magister ac effector habetur, neque iniuria. Cic. de orat. 1, 33, 150.

Bescheidenheit.

prima commendatio proficiscitur a modestia. Cic. off. 2, 13, 46.
recta ingenia debilitat verecundia, perversa confirmat audacia. Plin. ep. 4, 7, 3.
apud suos cuique modestia obnoxia est, apud extrarios autem veritas libera. Apul. flor. p. 31.

Besitz.

unde habeas quaerit nemo sed oportet habere. Juv. 14, 207.
quid refert quantum habeas? multo illud plus est quod non habes. Syrus 802.
multis eget qui multa habet. Gell. 9, 8, 1.
non minor est virtus quam quaerere, parta tueri. Ov. a. a. 2, 13.
quo quis maiorem possidet terrae locum,
eo cura graviore adficitur. Phaedr. app. 5, 15.
quidquid est plus quam necesse, possidentes deprimit. Syrus 801.
non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur:
beneficiorum gratia sempiterna est. Curt. 8, 8, 11.
nullius boni sine socio iucunda possessio est. Sen. ep. 6.

Besser.

meliora praetervolant, deteriora succedunt. Sen. ep. 108.
vincuntur meliora peioribus. Sen. nat. qu. 6, 28.
aliquanto satius est favorabili quam invisae rei vacare. Val. Max. 5, 4. prooem.
causa iubet melior superos sperare secundos. Lucan. 7, 349.

Besserung.

nemo adeo ferus est ut non mitescere possit,
si modo culturae patientem commodet aurem. Hor. ep. 1, 1, 39.

facillume corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri. Cic. off. 1, 41, 146.
uti plures corrigantur, rite pauci eliduntur. Syr. 857.
nisi ad regulam, prava non corriges. Sen. ep. 11.
initium est salutis: notitia peccati. „ „ 28.
difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare nescimus. Sen. ep. 50.
vitia sua confiteri sanitatis indicium est. „ „ 54.
non vult emendari peccare nesciens. Appul. No. 225 ed. Meyer.
delicta sua plerique dum ignorari putant corrigunt;
ubi manifesta sciunt, impudentia obfirmantur. Fronto hist. princ. 4, 14.
magna pars sanitatis est: hortatores insaniae reliquisse. Sen. ep. 94.

Beste.

quidquid quaeritur, optimum videtur. Petr. 93.
pro optimo est minime malus. Sen. de tranq. an. 7.
quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam iacet; nec dari nec eripi potest. Sen. ad Helv. 8.
optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
prima fugit. Sen. de brev. vit. 9.

Betrug.

fraus est accipere quod non possis reddere. Syrus 173.
plerumque ipsa se fraus, etiamsi initio cautior fuit, detegit. Liv. 44, 15.
fraus fidem in parvis sibi praestruit, ut, cum operae pretium sit, cum mercede magna fallat. Liv. 28, 42.
lucrum sine damno alterius fieri non potest. Syr. 625.
fraus sublimi regnat in aula. Sen. Hipp. 982.

Bewahren.

datum serva! Dion. Cat. sen. 5.
quae tibi sors dederit, tabulis suprema notato;
augendo serva ne sis quem fama loquatur. Dion. Cat. dist. 3, 7.
rem tuam custodi! Dion. Cat. sent. 13.

Beweisen.

argumenta iudicantium saepe fallunt. Plin. n. h. 17, 4, 26.
necesse est contentiosius loquaris quod probare non possis, et adfirmationem sumit ex homine, quidquid non habet ex veritate. Quint. decl. 18, 6.

Bewundern.

non tam modeste quivis sua miratur quam aliena; hoc autem fit, quod nemo sibi *invidet*. Varr. sent. 109.

Bildung.

.... ingenuas didicisse fideliter artes
emollit mores nec sinit esse feros. Ov. ex Pont. 2, 9, 47.

artibus ingenuis ....
pectora mollescunt asperitasque fugit. „ „ „ 1, 6, 8.

artibus ingenuis quaesita est gloria multis. „ „ „ 2, 7, 47.

homo doctus in se semper divitias habet. Phaedr. 4, 22, 1.

tantum gratia doctarum artium valet, ut scriptoribus ne saevi quidem mores ad memoriam officiant. Aur. Vict. de Caes. 20.

ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. Cic. Tusc. 2, 5, 13.

doctrina .... vim promovet insitam
rectique cultus pectora roborant. Hor. od. 4, 4, 33.

doctrinae studia et optime felicitatem extollunt et facillime minuunt calamitatem eademque et ornamenta hominum maxima sunt et solatia. Sen. ad Polyb. 36.

et gaudium et solatium in litteris nihilque tam laetum quod his laetius, nihil tam triste quod non per has sit minus triste. Plin. ep. 8, 19, 1.

natura semina scientiae nobis dedit, scientiam non dedit. Sen. ep. 120.

postquam docti prodierunt, boni desunt. „ „ 95.

Billig.

multi sunt aequi adversus homines, adversus deos nemo. Sen. ep. 93.

Bitten.

qui exspectat ut rogetur officium levat. Syr. 420.

grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Cic. ad fam 2, 6, 1.

primum est: antecedere desiderium cuiusque, proximum: sequi. Sen. ben. 2, 1.

non tulit gratis qui cum rogasset accepit. ibid.

supplicem hominem opprimere virtus non est sed crudelitas. Syrus 846.

.... non
exprimere ius est ferre quod nequeunt preces. Sen. Oct. 583.

non sunt preces, ubi negandi libertas non est. Quint. decl 281.

extorquere est plus quam semel rogare. Varr. sent. 15.

roganti melius quam imperanti pareas. Syrus 735.

rogat et quidem efficacissime qui reddit causas rogandi. Plin. ep. 2, 13, 11.

qui timide rogat, docet negare. Sen. Hipp. 594.

quod iustum est petito vel quod videatur honestum:
nam stultum est petere id quod possit iure negari.
Dion. Cat. 1, 31.

nulla res carius constat quam quae precibus empta est.
Sen. ben. 2, 1.

genus est rogandi, rogare non posse. Sen. contr. 10, 4.

postea noli rogare, quom impetrare nolueris. Sen. ep. 95.

dominum mundi flectere vota solent. Mart. 8, 32, 6.

flectitur iratus voce rogante deus. Ov. a. a. 1, 442.

ne dubites cum magna petas impendere parva;
his etenim rebus coniungit gratia caros. Dion. Cat. 1, 35.

Bitter.

nihil tam acerbum est in quo non aequus animus solatium inveniat.
Sen. de tranq. an. 10.

Blind.

visu carenti magna pars veri latet. Sen. Oed. 295.

caeci sunt oculi, cum animus alias res agit. Syrus 81.

Blitz.

ea fulmina iustissima sunt quae etiam percussi colunt.
Sen. ad Pol. 32.

nemo unquam fulmen timuit, nisi qui effugit. Sen. nat. qu. 2, 59.

cum feriant unum, non unum fulmina terrent.
Ov. ex Pont. 3, 2, 9.

fulmina ipsa velociter cadunt. Quint. decl. 309.

Blöfse.

ea maxime quisque patet, qua petitur. Sen. nat. qu. 4. praef.

Blut.

.... nullus semel ore receptus
pollutas patitur sanguis mansuescere fauces. Lucan. Phars. 1, 331.

nullus est tam vilis hominis sanguis, ut non manus inquinet.
Quint. decl. 291.

Bogen.

remissio animum frangit, arcum intensio. Syrus 730.

non semper feriet quodcunque minabitur arcus. Hor. a. p. 350.

Borgen (Schulden).

a te mutuum sumes. Sen. ep. 119.

mutuum dato! Dion. Cat. sent. 22.

aes debitorem leve, grave inimicum facit. Syrus 8.

qui debet, limen creditoris non amat. „ 412.

alienum aes homini ingenuo acerba est servitus. „ 10.

comes aeris alieni atque litis est miseria. Plin. n. h. 7, 32, 119.

dissimilis est pecuniae debitio et gratiae. Cic. Planc. 28, 68.

Bosheit (übelwollend).

malevolus semper sua natura vescitur. Syrus 275.
malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit. Sen. ep. 81.
malevolus animus abditos dentes habet. Syrus 274.
malignos fieri maxime ingrati docent. „ 276.
malitia unius cito fit maledictum omnium. „ 278.
malitia ut prior veniat se simulat bonam. „ 277.
procax est natura multorum in aliorum miseriis. Plin. n. h. 26, 1, 2.
est miserorum ut malevolentes sint. Plaut. capt. 3, 4, 51.
satis est homines imprudentia lapsos non erigere, urgere vero iacentis aut praecipitantis impellere certe est inhumanum. Cic. Rabir. 1, 2.

Brief.

sola res est quae praesentes homines absentes facit:
vicissitudo literarum. Turpil. ap. Hieron. ep. 42.

Buch.

nullus liber est tam malus ut non aliqua parte prosit. Plin. ep. 3, 5, 10.
non refert quam multos sed quam bonos libros habeas. Sen. ep. 45.
onerat discentem turba librorum non instruit. Sen. de tranq. an. 9.
distringit librorum multitudo. Sen. ep. 2.
multum interest utrum rem ipsam au libros inspicias. Varr. sent. 60.
sic multi libros degustant ut convivae delicias. „ „ 86.
conquisiti lectitatique libri sunt donec cum periculo parantur; mox licentia habendi oblivionem adfert. Tac. ann. 14, 50.
mihi omne tempus est ad libros meos vacuum, nunquam sunt illi occupati. Cic. de rep. 1, 9, 14.
libri nonnisi scientiarum paupercula monumenta sunt: principia inquirendorum continent, ut ab his negotiandi principia sumat animus, nil aliud agens nisi forte propter id ipsum intermittit, ne omittat. Varr. sent. 61.

Bündnis (Gemeinschaft, Gesellschaft).

nati sumus ad congregationem hominum et ad societatem communitatemque generis humani. Cic. fin. 4, 2, 4.
salva esse societas nisi amore et custodia partium non potest. Sen. de ira 2, 31.
scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis
et servat studii foedera quisque sui. Ov. ex Pont. 2, 5, 59.
cognatio studiorum et artium propemodum non minus est coniuncta quam generis et nominis. Cic. Verr. 4, 37, 81.
in omnibus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit. Cic. ad fam. 13, 10, 4.

nunquam est fidelis cum potente societas. Phaedr. 1, 5, 1.
ne cum malefico bonus usum ullius rei consociet. „ 4, 9, 20.

Bürger.

bonus civis tradet se totum reipublicae. Cic. off. 1, 25, 86.
nunquam inutilis est opera boni civis. Sen. de tranq. an. 3.
est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere atque omnes aequitate eadem continere. Cic. off. 2, 23, 83.
cives civibus parcere aequum est. Nep. Thras. 2, 6.

Bürgerkrieg.

civilis belli oblivio defensio est. Syrus 568.
optima civilis belli defensio oblivio est. Sen. contr. 10, 3.
seditio civium hostium est occasio. Syrus 462.
. . . . alta sedent civilis vulnera dextrae. Luc. 1, 32.
omnia sunt misera in bellis civilibus sed miserius nihil quam ipsa victoria. Cic. ad fam. 4, 9, 3.
intestina arma populis magis fuerunt exitio quam externa bella. Liv. 4, 9, 3.

Bürgschaft.

est gravior et difficilior animi et sententiae maximis praesertim in rebus pro altero quam pecuniae obligatio. Cic. ad Brut. 1, 18, 3.

Charakter (Sitte).

ex minimis morum sumere signa licet. Varr. sent. 98.
quale ingenium habeas, est indicio oratio. Ter. heaut. 2, 4, 4.
quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine sed ex moribus eius qui arguitur est ponderandum. Cic. pro Sull. 25, 69.
ego mores nasci puto et propriam cuiusque naturae virtutem. Quint. decl. 268.
sui cuique mores fingunt fortunam hominibus. Nep. Att. 11.
boni mores constant voluntate. Quint. decl. 268.
sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Sen. ep. 47.
sibi quisque dat mores, conditionem casus assignat. Macr. sat. 1, 11.
in mores fortuna ius non habet. Sen. ep. 36.
non ubi prognatus sed uti moratus quisque sit, spectandum. Apul. mag. p. 271.
desinit esse remedio locus ubi quae fuerant vitia mores sunt. Sen. ep. 39.
maius est mores constituere quam corrumpere, acquirere quam solvere. Quint. decl. exc. p. 386.

qui sibi hoc sumpsit, ut corrigat mores aliorum ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat si qua in re ipse ab religione officii declinavit? Cic. Verr. 3, 1, 2.

utcunque defecere mores,
dedecorant bene nata culpae. Hor. od. 4, 4, 35.

constans et lenis ceu res expostulat esto:
temporibus mores sapiens sine crimine mutat. Dion. Cat. 1, 7.

Consequent.

qualem institueris praestare te, talem usque ad exitum serva! Sen. ep. 120.

nihil est quod tam deceat quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam. Cic. off. 1, 34, 125.

sperne repugnando tibi tu contrarius esse:
conveniet nulli, qui secum dissidet ipse. Dion. Cat. 1, 4.

Dank (Dankbarkeit).

gratus animus est virtus non solum maxima, sed etiam mater omnium virtutum reliquarum. Cic. Planc. 33, 80.

amoris et amicitiae pars est: referre gratiam. Sen. ep. 81.

tanto turpius gratiam non referre quanto honestior causa referendae. Plin. ep. 8, 12, 2.

bonis quod bene fit haud perit. Plaut. Rud. 4, 3, 2.

non is solum debet gratus esse qui accepit beneficium, verum etiam is cui potestas accipiundi fuit. Cic. de prov. cons. 17, 41.

gratiam et qui refert habet et qui habet in eo ipso quod habet refert. Cic. Planc. 28, 68.

apud paucos post rem manet gratia. Sen. ben. 1, 12.

si quid bene facias levior pluma est gratia;
si quid peccatum est plumbeas iras gerunt. Plaut. Poen. 3, 6, 17.

male agit qui famae non conscientiae gratus est. Sen. ben. 6, 42.

ingratus est qui remotis arbitris agit gratias. „ „ 2, 23.

saepe et qui non reddidit quod accepit ingratus est et qui non credidit gratus. Sen. ben. 3, 7.

proximus est neganti qui dubitavit nullamque meretur gratiam. Sen. ben. 2, 1.

quid? tu non intelligis tantum gratiae te demere quantum morae adicis? Sen. ben. 2, 5.

ut in ceteris rebus ita in audiendi officio perit gratia si reposcatur. Plin. ep. 1, 13, 7.

permagnum est alieno debere idem quod parenti. Cic. Planc. 30, 72.

Dauernd.

nihil potest esse diuturnum cui non subest ratio. Curt. 4, 14, 19.
non est diuturna possessio in quam gladio inducimur. Curt. 8, 8, 11.
nunquam immodica durant, nisi illa moderatrix ratio compescit. Sen. ep. 74.
nulla potentia scelere quaesita cuiquam est diuturna. Curt. 10, 1, 6.
nihil ex his quae videmus manet. Sen. ep. 59.

Denken (Gedanke).

non rimaberis viscera ad videndum quid senseris. Varr. sent. 104.
nullum non cogitationi pervium tempus. Sen. ep. 102.
cogitationis poenam nemo patitur. Ulpian. dig. 48, 19, 18.
per quae sis tutus, illa semper cogites. Syrus 690.
rara temporum felicitas ubi sentire quae velis et quae sentias dicere licet. Tac. hist. 1, 1.

Deutlich.

erit, quod omni planum, oratione nulli aperiendum. Varr. sent. 75.

Dichter (Dichtung).

nemo unquam poeta fuit qui quenquam meliorem quam se arbitraretur. Cic. ad Att. 14, 20, 3.
aut prodesse volunt aut delectare poetae
aut simul et iucunda et idonea dicere vitae. Hor. a. p. 333.
omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. „ „ „ 343.
exit in immensum fecunda licentia vatum
obligat historica nec sua verba fide. Ov. am. 3, 12, 41.
poetis furere concessum est. Plin. ep. 7, 4, 10.
sine furore poeta magnus esse non potest. Cic. div. 1, 37, 80.
frustra poeticas fores compos sui pepulit. Sen. de tranq. an. 15.

Wer im Gedicht lebt, ist unsterblich.

titulis omnibus speciosius quando non trabibus aut saxis nomen sed monimentis aeternae laudis inciditur. Plin. pan. 54, 7.
carmine fit vivax virtus expersque sepulcri
notitiam serae posteritatis habet. Ov. ex Pont. 4, 8, 47.
si chartae sileant quod bene feceris
mercedem tuleris non. Hor. od. 4, 8, 21.
iamque opus exegi quod nec Jovis ira nec ignis
nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas. Ov. met. 15, 871.
carmina sola carent fato mortemque repellunt;
carminibus vives semper, Homere, tuis.
Petr. Antig. No. 187 ed. Meyer.
ingenio mors nulla nocet, vagat undique tutum.
inlaesum semper carmina nomen habent. anon. 851 ed. Meyer.

Der Dichter braucht Ruhe.

carmina secessum scribentis et otia quaerunt. Ov. trist. 1, 1, 41.
carmina proveniunt animo deducta sereno. ibid. 39.

---

cantet amet quod quisque; levant et carmina curas. Calp. ecl. 11, 19.
(nam) castum esse decet pium poetam
ipsum, versiculos nihil necesse est. Catull. ap. Apul. de mag. p. 259.
os tenerum pueri balbumque poeta figurat.
mox etiam pectus praeceptis format amicis,
recte facta refert . . . .
. . . . inopem solatur et aegrum. Hor. ep. 2, 1, 126.
vatum non irrita currunt omina. Stat. silv. 5, 2, 164.
ubi accesserunt numeri et egregium sensum adstrinxere
certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excusso torquetur.
Sen. ep. 108.
miraris nudis versus me scribere verbis:
hos brevitas sensus fecit coniungere binos. Dion. Cat. 4, 49.
ut nomina mentita sint, ut aliquid fabulae fingant, ab aliquo tamen exemplo ista experimenta venerunt.
si natura negat facit indignatio versum. Juv. 1, 78. || Quint. decl. 314.

Dienen (Dienst, Sklave).

plus oportet scire servom quam loqui. Plaut. mil. gl. 477.
plus scire satius est quam loqui servom. Plaut. epid. 1, 1, 57.
malus et nequamst qui homo nihili eri sui servos facit imperium.
Plaut. pseud. 1103.
mitium dominorum apud servos ipsa consuetudine metus exolescit.
Plin. ep. 1, 4, 4.
famulatur dominus ubi timet quibus imperat. Syrus 828.
cum famulum fueris proprios mercatus in usus,
ut servum dicas, hominem tamen esse memento. Dion. Cat. 4, 44.
negligenter et contumaciter servit qui servire non novit.
Calp. Flacc. decl. 14.
omnes . . . . qui serviunt
sub regno, callent dominûm imperia metuere.
Pacuv. ap. Non. 258, 1.
praestat nemini imperare quam alicui servire.
Brut. ap. Quint. 9, 3, 95.
heu quam miserum est discere servire, ubi dominari doctus es.
Syrus 783.
qui invitus servit, fit miser et servit tamen. „ 421.
malorum facinorum ministri tanquam exprobrantes aspiciuntur.
Tac. ann. 14, 62.

minuitur gloria eius officii cui diligenter cautum est. Sen. ben. 3, 13.
officium alterius multis narrare memento:
atque aliis quum tu benefeceris ipse, sileto. Dion. Cat. 1, 15.
gratior officiis quo sis mage carior esto,
ne nomen subeas quod dicitur: officiperdae. „ „ 4, 42.

Drohen.

nulla minantis auctoritas apud liberos est. Cic. ad fam. 11, 3, 3.

Ebenso.

duo quum idem faciunt . . . .
hoc licet impune facere huic, illi non licet. Ter. ad. 5, 3, 37.
macra cavum repetes artum quem macra subisti. Hor. ep. 1, 6, 33.

Edel (offen).

omne honestum voluntarium est . . . . . ., non potest honestum esse quod non est liberum. Sen. ep. 66.
rerum honestarum pretium in ipsis est. Sen. ben. 4, 1.
bona degenerare non possunt. Sen. ep. 87.
omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. Sen. contr. 4, 7.
honestas quae principio anxia habetur ubi contigerit, voluptati luxuriaeque est. Aur. Vict. de Caes. 20, 8.
pulchrum est praestare cuncta nil exigere. Syrus 701.
ingenuus animus non fert vocis verbera. „ 214.
ingenuitas non recipit contumeliam. „ 612.
ingenuitatem laedis cum indignum rogas. „ 613.

Ehe (Mitgift).

prima societas in ipso coniugio est. Cic. off. 1, 17, 54.
sic mares feminis iunguntur ut imbecillior sexus praesidium ex mutua societate sumat. Quint. decl. 368.
matrimoniis scitis contineri civitatem, his populos, his liberos et successionem patrimoniorum et gradum hereditatum, his securitatem domesticam. Quint. decl. 249.
nullas facilius perire crediderim quam corporum caritates; et licet matrimoniis paulatim reverentia gravitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate qua coeunt. Quint. decl. 2, 7.
pauper et dives inimicum matrimonium. Calp. Flacc. decl. 29.
compositis aetatibus coacta matrimonia tamen facile fastidiunt. Quint. decl. 306.
matrimonium tum perpetuum est si mutua voluntate iungitur. Quint. decl. 376.

viri culpa si uxor modum excedit. Tac. ann. 3, 34.
non dant exitum repudia regum. Sen. Agam. 282.
lex alia solio est, alia privato in toro. „ „ 264.

Ehebruch.

turpius est adulterium in sacerdote. Quint. decl. 284.

Mitgift.

virgo, dummodo morata veniat, dotata est satis. Plaut. aul. 2, 2, 62.
dos est magna parentium virtus. Hor. od. 3, 24, 21.

Ehre (Ehrgeiz).

honos honestum decorat, inhonestum notat. Syrus 200.
manet manebitque honori veneratio sua. Plin. pan. 93, 1.
honores rari et tenues sunt gloriosi.
quidquid honos est desinat esse si cogas. Quint. decl. Exc. p 389.
laetius est quoties magno sibi constat honestum. Luc. 9, 404.
sollicitius custodiendus est honor in quo etiam beneficium amici tuendum est. Plin. ep. 1, 19, 4.
honorem plus est servasse repertum
quam quaesisse. Claud. 2. in laud. Stil. 326.
si non congruit meritis quod solutum est, honor vincitur, non voluntas. Symm. laud in Valent. 2, 2.

---

licet vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Quint. 1, 2, 22.
ambitio multos mortales falsos fieri subigit, aliud clausum in pectore aliud in lingua promptum habere. Sall. Cat. 10.

Eid (Schwur)

iusiurandum est adfirmatio religiosa; quod autem adfirmante quasi deo teste promiseris, id tenendum est. Cic. off. 3, 29, 104.
in totum iurare nisi ubi necesse est gravi viro parum convenit. Quint. 9, 2, 98.
iusiurandum serva! Dion. Cat. sent. 28.
qui iusiurandum servat quovis pervenit. Syrus 717.

Eigen (Eigentum).

nil proprium ducas quod mutari possiet. Syrus 825.
effinge aliquid et excude quod sit perpetuo tuum; nam reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur, hoc nunquam tuum esse desinet si semel coeperit. Plin. ep. 1, 3, 4.
nihil dat fortuna mancipio. Sen. ep. 72.
non est tuum fortuna quod fecit tuum. Sen. ep. 8, 9.
nemo suum putet quod extra ipsum est. Varr. sent. 34.
nullius est quod multorum esse potest. „ „ 35.

sua qui conservat salva vult communia. Syrus 844.
sapiens nihil iudicat suum magis quam cuius illi cum humano genere consortium est. Sen. ep. 73.

---

contentos propriis esse decet locis
quos laudis facile est invidiam pati. Asclep No. 301 ed. Meyer.
natura ita comparatum est ut qui apud multitudinem sua causa loquitur gratior eo sit cuius mens nihil praeter publicum commodum videt. Liv. 3, 68, 10.
levius vaniusque est sua decreta et consulta tollere quam aliorum. Liv. 3, 21, 5
sua satius est mala quam aliena tractare. Sen. ep 118.

Eigensucht.

omnes sibi malunt melius esse quam alteri. Ter. Andr. 2, 5, 16.

Eile (Schnelligkeit).

sat cito quod sat bene Cato ap. Hieron. ep. 66, 9.
sat celeriter fit quidquid fit satis bene. Cato ap Suet. Aug. 25.
in tumultu festinatio quoque tarda est. Curt. 9, 9, 11.
omnis nimium longa properanti mora est. Sen Agam. 421.
festina lente! Suet. Aug. 25.
res magni discriminis consiliis est nulla tam inimica quam celeritas. Liv. 31, 32.
nulla res potest esse eadem festinata simul et examinata nec esse quidquam omnium quod habeat et laudem diligentiae simul et gratiam celeritatis. Apul. flor. p. 39.
omnia non properanti clara certaque sunt, festinatio improvida est et caeca. Liv. 22, 39.
nihil ordinatum est quod praecipitatur et properat. Sen ep. 40.
cito transcursa citius labuntur. Varr sent. 85.

Ein (Einzeln, die einen — die andern).

aliquando una res pro duabus valet. Sen. ben. 7, 15.
ut satius unum insigniter quam facere plurima mediocriter, ita plurima mediocriter, si non possis unum aliquod insigniter Plin. ep 9, 29, 1.
unus dies poenam affert, multi cogitant. Syrus 776.

---

multa quae singula accidere possunt universa extra casum sunt. Quint. decl 296.
est magnum in singulis momentum. „ „ 255.

---

quae in aliis libertas, in aliis licentia est. Quint. 3, 8, 48.
aliud alium decet. „ 11, 3, 177.

aliud alium movet ac plerumque parvae res maxime trahunt.
Plin. ep. 1, 20, 12.
alia sunt clariora, alia maiora. „ „ 3, 16, 13.

Eines schickt sich nicht für alle.

omnia non pariter rerum sunt omnibus apta. Prop. 4, 8, 7.
non eadem omnibus decora. Tac. ann. 6, 54.
non omnibus eadem placent nec conveniunt quidem.
Plin. ep. 6, 27, 4.
non in omnes omnia conveniunt. Cic. pro Rosc. Am. 42, 122.
non omnia eidem dii dedere. Liv. 22, 51, 4.

Einerlei.

quid refert utrum voluerim fieri an gaudeam factum?
Amm. Marc. 27, 11, 4.
quid interest inter suasorem facti et probatorem?
Amm. Marc. 27, 11, 4.
Iliacos intra muros peccatur et extra. Hor. ep. 1, 2, 16.
omnibus in rebus similitudo est satietatis mater.
Cic. de inv. 1, 41, 76.

Einfach.

tenuis ante omnia sit victus et non pretiosa vestis.
Sen. de ira 2, 22.

Einigkeit (Eintracht).

externus timor maximum concordiae vinculum. Liv. 2, 39, 7.
alit concordiam, mores ad cohabitantium animos formare.
Varr. sent. 33.
beneficiis humana vita constat et concordia. Sen. de ira 1, 5.
discordiā fit carior concordia. Syrus 125.
auxilia humilia firma consensus facit. „ 43.
concordia parvae res crescunt, discordia maxumae dilabuntur.
Sall Jug 10. Sen. ep. 94.
per concordiam res quoque minimae convalescunt.
Amm. Marc. 26, 2, 8.
coniuratis addit concordia vires. Lucil. Aetna 291.
consimili imperio nisi concordia inest, maior aliena opera interpellandi quam sua edendi cupiditas nascitur. Val. Max. 7, 2, 6.

Einmal.

periisse semel satis est. Verg. Aen. 9, 140.
ubi semel recto deerratum est, in praeceps pervenitur.
Vell. 2, 4, 4.
quaedam res semel perceptae haerent, quaedam ut scias non est satis didicisse. Sen. ben. 3, 5.

Einsam.

s saepe, sine te nunquam esse potes.
Cato sent. 51. ed. Jordan.

Einwurzeln.

ıtius contra inveterata pugnandum est. Sen. ad Marc. 1.

Eisen.

tuetur principem. Sen. Oct. 458.
rahit ipse chalybs. Val. Flacc. Argon. 5, 541.
.. ferro squalentia rura coluntur,
vendi prima reperta viast. Rut. Namat. 1, 363.

Eitelkeit.

homines laudibus libenter praedicant.
Caes. de b. civ. 2, 39.

us animus aura captus frivola
insolentem sibi fiduciam,
l derisum stulta levitas ducitur. Phaedr. 5, 7, 1.

est inanem aucupari rumorem et omnis umbras etiam falsae
e consectari. Cic. in Pis. 24, 57.

Elend (Unglück, Uebel).

Wer ist elend?

. te iudico quod nunquam fueris miser. Syrus 643.
ıum est arbitrio alterius vivere. „ 642.
st nescire sine periclo vivere. „ 641.
a non miser est qui quod timeat cogitat. „ 676.
ci bonus vir, esse non potest. „ 639.
niserius quam ubi pudet quod feceris. „ 321.
quam poena sine re miserum vivere. „ 693.
istuc verbum est: habuisse et nihil habere.
Plaut. Rud. 1321.
iser est cuius ingrata misericordia est! Syrus 397.
iser est qui excusare sibi se non potest! „ 398.
iserum est bene quod feceris factum queri! „ 400.
iserum est cogi opprimere quem salvum velis! „ 401.
iserum est cum se renovat consumptum malum! „ 705.
iserum est id quod pauci habent amittere! „ 402.
iserum est ubi consilium casu vincitur! „ 404.
iserum est ubi te captant qui defenderint! „ 405.
.m miserum est ab eo laedi de quo non ausis queri!
Syrus 515.
st singularis potentia et miseranda vita, si qui se metui
amari malunt. Nepos. Dion. 9.

miserum est ingratum esse omne id quod facias bene. Plaut. epid. 1, 2, 33.

est miser nemo nisi comparatus. Sen. Troad. 1027.

nemo nisi vitio suo miser est. Sen. ep. 70.

nunquam est ille miser cui facile est mori. Sen. Herc. Oet. 111.

miser est qui se non beatissimum iudicat, licet mundo imperet. Sen. ep. 9.

non est miser nisi qui se esse credit. Varr. sent. 96.

alienis malis torqueri aeterna miseria est. Sen. de tranq. an. 15.

miserrima vita eorum est qui magno parant labore quod maiore possideant. Sen. de brev. vit. 17.

nihil est miserius quam incertum inter vitam mortemque destitui. Sen. contr. 3, 5.

nihil est miserius quam ubi alicui ex miseria sua invidia quaeritur. Sen. contr. 9, 5.

nil est tam miserum quam totam perdere vitam
nec vitae nasci. No. 1497 ed. Meyer.

nihil est ei beatum cui semper aliqui terror impendeat. Cic. Tusc. 4, 21, 62.

miseris ultimum est miserationem quoque perdere. Quint. decl. 12, 3.

nihil est crudelius calamitate quam gaudia reducunt. Quint. decl. 11, 11.

nihil infelicius eo cui nihil unquam evenit adversi. Sen. cur bon. vir. mal. acc. 3.

nihil est tam miserabile quam ex beato miser. Cic. part. orat. 16.

est quaedam ultima calamitatum rabies et novissime in furorem vota ipsa vertuntur. Quint. decl. 6, 4.

nemo tantum praesentibus miser est. Sen. ep. 5.

infelices sunt is qui omnia sibi licere existimant. Amm. Marc. 26, 10, 12.

is demum miser est qui aerumnam suam nequit occultare. Caec. ap. Gell. 2, 23, 10.

tolle mali testes, levius mala nostra feremus. 938, 34 ed. Meyer.

duplex est malum quum quod necesse est moleste ferimus. Varr. sent. 5.

non qui iussus aliquid facit miser est sed qui invitus facit. Sen. ep. 61.

Was wirkt das Unglück?

est miserorum ut malevolentes sint atque invideant bonis. Plaut. capt. 583.

maligna est calamitas, et fere noxius quum suo supplicio crucietur acquiescit alieno. Curt. 6, 10, 9.

fide misero carendum est. Sen. Med. 438.
parum fidei miseris est. Sall. Jug. 24.
ignis aurum probat, miseria fortes viros.
Sen. cur bon. vir. mal. acc. 5.
. . . . grande doloris
ingenium est miserisque venit sollertia rebus. Ov. met. 6, 575.
quae latet inque bonis cessat non cognita rebus,
apparet virtus arguiturque malis. Ov. trist. 4, 3, 79.
et calamitas virtutis est occasio. Syrus 583.
advorsae res edomant et docent quid opus siet factu; secundae res laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. Gell. 6, 3, 14.
explorant adversa viros perque aspera duro
nititur ad laudem virtus interrita clivo. Sil. Ital. 4, 605.
... in dubiis hominem spectare periclis
convenit adversisque in rebus noscere qui sit. Lucr. 3, 55.
. . . . amant miseri lamenta malisque fruuntur. Stat. Theb. 12, 45.
. . . . . hic miseris furor est instare periclo
nec librare metus et tuta odisse. Stat. Theb. 11, 259.
miserum veta perire felicem iube. Sen. Herc. fur. 513.
miser occupet praesidia, securus legat. Sen. Troad. 501.
misero datur quodcunque fortunae datur. „ „ 701.
nemo se credit miserum licet sit. „ „ 1022.
comes aeris alieni atque litis est miseria.
Plin. n. h. 7, 31, 119.
non ignara mali miseris succurrere disco. Verg. Aen. 1, 630.
sunt molles in calamitate mortalium animi. Tac. ann. 4, 68.
omnes quibus res sunt minus secundae magis sunt nescio quomodo suspitiosi. Ter. ad. 4, 3, 14.
qui natus est infelix non vitam modo
tristem decurrit sed post obitum quoque
persequitur illum dura fati miseria. Phaedr. 4, 1, 1.
et deest et superest miseris cogitatio. Syrus 137.
nulla hominum maior poena est quam infelicitas. „ 670.
quemcunque quaerit calamitas facile invenit. „ 408.
obiurgari in calamitate gravius est quam calamitas. „ 534.
miseros convicia non decent. Just. 14, 4.
quis ullam calamitosis deberi putat gratiam? Vell. 2, 53, 2.
non oportet nos quae fortuito patimur praecipuae et intolerabilis amaritudinis iudicare. Val. Max. 7, 2. ext. 2.
dant animum ad libere loquendum ultimae miseriae. Liv. 29, 17.
misera mens incredula est. Sen. Herc. Oet. 198[illegible]

proprium hoc miseros sequitur vitium:
nunquam rebus credere laetis. Sen. Thy. 939.
miserum esse interdum in miseria iuvat. Sen. contr. 10, 1.
est quaedam in rebus ipsis miserorum voluptas et omnis adversa fortuna habet in querelis levamentum. Sen. contr. 4, 1.
miserias properant suas
audire miseri. Sen. Herc. Oet. 756.
miseros magis fortuna conciliat suis. Sen. Phoen. 386.
cum res trepidae, reverentia divûm
nascitur, at rarae fumant felicibus arae. Sil. Ital. 7, 88.
neminem adversa fortuna comminuit nisi quem secunda decepit. Sen. ad Marc. 5.
frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas damnat. Sen. contr. 8, 1.
ut in gaudia interdum surgit animus et spem ex praesenti metitur, ita adversis frangitur. Sen. suas. 5.
bonorum crimen est officiosus miser. Syrus 75.
aliud ex alio malum. Ter. Eun. 5, 6, 17.
semel profecto premere felices deus
cum coepit urget: hos habent magna exitus. Sen. Herc. Oet. 714.
exoritur aliquod maius ex magno malum. Sen. Troad. 431.
miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Tac. hist. 1, 15.
melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt. Sen. ep. 94.
malum nullum est sine aliquo bono. Plin. n. h. 27, 3, 8.
unum habet adsidua infelicitas bonum quod quos semper vexat novissime indurat. Sen. ad Helv. 2.
magnas calamitates vana ratio sustentat, quod indulgent mala persuasionibus suis; quidquid ad miseros pertinet, crudelius eripitur quo minus est. Quint. decl. 10, 11.
levior est calamitas cui blanditur aliquid de voluptate laetitia. Quint. decl. 14, 4.
sua cuique calamitas praecipue misera atque intoleranda videtur. Quint. decl. 6, 1.
natura redit in extremis tristis praeteritae voluptatis recordatio. Quint. decl. 9, 7.
verum est quidquid exclamat calamitas nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus. Quint. decl. 10, 9.
quis miserum sciret verba nisi haberet dolor? Syrus 428.
ad calamitatem quilibet rumor valet. „ 4.

---

in miseri vita vita est contumelia. Syrus 223.
mage valet qui nescit calamitas quid valeat. „ 626.

l agere semper infelici est optimum. Syrus 320.
ıucorum improbitas universis calamitas. „ 361.
usa calamitatum omnium nimia felicitas. Flor. 2, 13, 8.
›time miserias ferunt qui abscondunt. Curt. 5, 5, 11.
ve est miserias ferre, perferre est grave. Sen. Thy. 307.
›n decet animum aegritudine in re crepera (= dubia) confici.
Pac. ap. Non. 13, 28.
lversis ne succumbas, laetis ne credas. Sen. ep. 78.
›n speciosa dictu sed usu necessaria in rebus adversis sequenda sunt.
Curt. 5, 1, 8.
lversis non deesse decet sed laeta secutos.
ılla fides unquam miseros elegit amicos. Luc. Phars. 8, 534.
ifficile est alienorum malorum imaginem capere. Quint. decl. 347.
.... clades scire qui refugit suas,
ravat timorem; dubia plus torquent mala. Sen. Agam. 417.
ı melius adversa, in deterius optata flectuntur.
Sen. n. qu. 3 praef.

Uebel.

ıullum magnum malum quod extremum est. Sen. ep. 4.
malorum ultimum est: mala sua amare. „ „ 39.
ultimum malorum est ex vivorum numero exire antequam moriaris.
Sen. de tranq. an. 3.
multi iniquo animo sibi mala auxere in malis,
quibus natura prava magis quam fors aut fortuna obfuit.
Att. ap. Non. 425, 11.
gravius malum omne est quod sub aspectu latet. Syrus 183.
quod tegitur maius creditur esse malum. Mart. 3, 42, 4.
nullum sine auctoramento est magnum malum. Syrus 673.
ex malis multis malum quod minumumst, id minumest malum.
Plaut. Stich. 120.
in duobus malis cum fugiendum maius sit, levius est eligendum.
Cic. ad Octav. 1, 8.
mala mentis humanae tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt. Sen. ep. 57.
nullum malum sine effugio est. Sen. nat. quaest. 6, 1.
solent suprema facere securos mala. Sen. Oed. 386.
possunt verba dare et evadere pusilla mala, ingentibus obviam itur.
Sen. de clem. 1, 25.
aufert vim praesentibus malis qui futura prospexit.
Sen. ad Marc. 9.
non sentire mala sua non est hominis et non ferre non est viri.
Sen. ad Pol. 36.

tam malumst habere nummos, non habere quam malumst.
tam malumst audere semper, quam malumst semper pudor.
tam malumst tacere multum, quam malumst multum loqui.
tam malumst foris amica, quam malumst uxor domi.

Florus No. 219 ed. Meyer.

Eltern.

diligere parentes prima naturae lex. Val. Max. 5, 4, 7.

nulla acerbitate fortunae, nullis sordibus pretium carae pietatis evilescit. Val. Max. 5, 4, 7.

faciundum est nobis quod parentes imperant. Plaut. Stich. 54.

diligito caros aequa pietate parentes
nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti.

Dion. Cat. 3, 23.

commendabilis est pietas quae mansuetis parentibus praestatur. Val. Max. 5, 4, 3.

parentes ama! Dion. Cat. sent. 2.

ames parentem si aequus est, si aliter feras. Syrus 18.

parentes patientia vince. Dion. Cat. sent. 40.

non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportet. Cic. pro Cluent. 6, 17.

hem isto parentum est vita vilis liberis,
ubi malunt metui quam vereri se ab suis.

Gell. 15, 13, 3. Afran. consobr. 1, 33 ed. Ribbeck.

facit parentes bonitas non necessitas. Phaedr. 3, 15, 18.

Empfehlen.

qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mox
incutiant aliena tibi peccata timorem. Hor. ep. 1, 18, 76.

alieno plerique ingenio magis quam suo commendantur. Plin. n. h. 34, 8, 57.

Ende.

exitus acta probat. Ov. her. 2, 85.

operi victoria finis. Ov. met. 6, 82.

extrema semper de ante factis iudicant. Syrus 151.

nihil quod ad ultimum sui perventurum est finem, non et mature et celeriter incipit. Val. Max. 8, 7. ext. 2.

Enthaltsamkeit.

est virtus placitis abstinuisse bonis. Ov. her. 16, 98.

Entschuldigen.

non homines placent qui quando male fecerunt purgitant. Plaut. aul. 4, 10, 23.

tantum habet vilitas excusationis quantum dignitas difficultatis. Apul. flor. p. 11.

Entweder — oder.

aut perdet aut peribit; in medio est scelus
positum occupanti. Sen. Thy. 203.
aut bibat aut abeat. Cic. Tusc. 5, 41, 118.

Erbe.

heredem ferre honestiust quam quaerere. Syr. 186.
mage fidus heres nascitur quam scribitur. „ 262.
thesaurum in sepulcro ponit qui senem heredem facit. „ 543.
heredis fletus sub persona risus est. „ 187.
sic flet heres ut puella viro nupta: utriusque fletus non apparens est risus. Varr. sent. 11.

Erde.

communis terra mater est omnium mortalium. Liv. 1, 56.
libera fortunae mors est, capit omnia tellus
quae genuit. Luc. Phars. 7, 818.

Erfahrung.

est rerum omnium magister usus.
Caes. de b. civ. 2, 8. Plin. ep. 1, 20, 12 und 6, 29, 4.
usus magister est optimus. Cic. Rabir. 4, 9.
experimentis optime creditur. Plin. n. h. 17, 4, 24.
quod experimentum docuit, scripto recognoscitur; quod usu non est compertum, ex scripto non est facile. Varr. sent. 134.
seris venit usus ab annis. Ov. met. 6, 29.

Erfindung.

facilis inventio, non facilis electio. Plin. ep. 6, 27, 1.
nullius rei difficilis inventio est, nisi cuius hic unus inventae fructus est invenisse. Sen. ben. 7, 1.
alius alio plura invenire potest, nemo omnia.
Auson. p. 191. ed. Bip.
etiam cum multum acti erit, omnis tamen aetas quod agat inveniet.
Sen. nat. quaest. 6, 5.
inventuris inventa non obstant. Sen. ep. 79.
nihil est simul et inventum et perfectum. Cic. Brut. 18, 71.
nulla res consummata est dum incipit. Sen. nat. quaest. 6, 5.
necessitatis inventa sunt antiquiora quam voluptatis.
Cic. orat. 55, 185.
nunquam invenietur si contenti fuerimus inventis. Sen. ep. 33.
plurimum ad inveniendum contulit qui speravit posse reperiri.
Sen. nat. qu. 6, 5.
suae quisque inventioni favet et quasi fortissimum complectitur cum *ab alio dictum est* quod ipse praevidit. Plin. ep. 1, 20, 13.

non satis magnam homines tribuunt inventoribus gratiam. Cic. fin. 4, 5, 13.

ingeniosa est sollertia. Plin. n. h. 36, 26, 192.

ingeniosior est ad excogitandum simulatio veritate, servitus libertate, metus amore. Plin. pan. 55, 2.

Erfolg.

est usu receptum quod honesta consilia vel turpia, prout male aut prospere cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur. Plin. ep. 5, 21, 7.

consilia ex eventu non ex voluntate a plerisque probari solent. Cic. ad Att. 9, 7, A. 1.

eventus stultorum magister. Liv. 22, 39. (cf. Cic. pro Rabir. 1, 1.)

nihil iniquius est quam ex eventu famam habere. Liv. 27, 44.

careat successibus opto,
quisquis ab eventu facta probanda putet. Ov. her. 2, 85.

semper causae eventorum magis (me) movent quam ipsa eventa. Cic. ad Att. 9, 5, 2.

labori incumbere oportet ubi effectus promittitur. Quint. decl. 6, 19.

honesta quaedam scelera successus facit. Sen. Hipp. 599.

successus improborum plures allicit. Phaedr. 2, 3, 7.

successus ad perniciem multos devocat. „ 3, 5, 1.

primis eventibus metus aut fiducia gignitur. Tac. ann. 12, 31.

Erholung (Ferien).

danda est remissio animis; meliores acrioresque requieti surgent. Sen. de tranq. an. 15.

omnibus prodest subinde animum relaxare; excitatur otio vigor. Sen. contr. 1. prooem.

graio „schola“ nomine dicta est,
iusta laboriferis tribuantur ut otia musis. Auson. id. p. 158 ed. Bip.

studium puerile fatiscit,
laeta nisi austeris varientur, festa profestis. ibid.

Erinnerung.

conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iucundissima est. Cic. Cat. 3, 9.

iucundi acti labores; suavis laborum est praeteritorum memoria. Cic. fin. 2, 32, 105.

est meminisse voluptas. Ov. her. 17, 55.

habet praeteriti doloris secura recordatio delectationem. Cic. ad fam. 5, 12, 4.

quae fuit durum pati
meminisse dulce est. Sen. Herc. fur. 656.

pericula praeterita qui evasit, ut referat gratissime provocatur. nam qui adhuc in ipsis vel paululum detinetur, horret admonitionem et formidat relatum. Macr. sat. 7, 2.
post calamitatem memoria alia est calamitas. Syrus 376.
sanctissimum est meminisse cui te debeas. „ 378.
plerique mortales postrema meminere. Sall. Cat. 51.
quidquid nocere didicit, meminit cum potest. Syrus 418.
perdit non donat, quoi donat, nisi est memor. „ 367.
forsan et haec olim meminisse iuvabit. Verg. Aen. 1, 203.
magno usui est memoria rerum gestarum. Sall. Jug 4.
magnorum virorum non minus praesentia est utilis memoria. Sen. ep. 102.
recordatio rerum gloriose gestarum omni iucunditate viris fortibus gratior est. Amm. Marc. 17, 13, 26.
sic audita meminisse magni ducimus, ut si nos magnis ortos atavis praeclarum putemus. Varr. sent. 127.
lacerat animum et premit frequens meritorum commemoratio. Sen. ben. 2, 10.

Erlaubt (unerlaubt).

nihil ei licet in quem nihil non licet. Calp. Flacc. decl. 5.
quanto plus liceat, tum libeat minus. Cleob. ap. Auson. p. 148 ed. Bip.
minimum decet libere, cui multum licet. Sen. Troad. 340.
cui plus licet quam par est, plus vult quam licet. Syr. 104.
diliguntur immodice sola quae non licent. Quint. decl. 14, 8.
quid liceat nescimus adhuc et cuncta licere credimus. Ov. met. 9, 554.
vile est quod licet. Petr. 93.
non habet omne quod licet voluptatem. Quint. decl. 306.
quaedam quae licent tempore et loco mutato non licent. Sen. contr. 9, 2.
plus verere quod licet tantum tibi. Sen. Oct. 452.
in vita sibi quemque petere quod pertineat ad usum non iniquum est, alteri deripere ius non est. Cic. off. 3, 10, 42.
inertis est nescire quid liceat sibi. Sen. Oct. 455.

Ermahnung (Mahner).

moniti meliora sequamur. Verg. Aen. 3, 188.
utilibus monitis prudens adcommodet aurem. 938, 1 ed. Meyer.
moneri velle ac posse, secunda virtus est. Sen. ben. 5, 25.
admoneri bonus gaudet, pessimus quisque correptorem asperrime patitur. Sen. de ira 3, 37.
.... hortando melior fiducia vulgo. Luc. Phars. 7, 249.

quumque mones aliquem nec se velit ille moneri:
si tibi sit carus, noli desistere coeptis. Dion. Cat. 1, 9.
quamvis acerbus qui monet nulli nocet. Syr. 708.
monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat. Cic. Cat. 24, 89.
admonitio taedium facit, exprobratio odium. Sen. ben. 2, 11.

Erröten.

utilius erubescere quam pallescere. Cato sent. 19. ed. Jordan.

Erster.

prima sequentem honestum est, in secundis tertiisque consistere. Cic. orat. 1, 4.
non possunt primi esse omnes omni in tempore. Macr. sat. 2, 7, 9.
quae natura aut fortuna dantur hominibus, in eis rebus se vinci posse aequo animo patiuntur; quae ipsi sibi homines parare possunt, in eis rebus se vinci posse non patiuntur. Cic. de orat. 2, 11, 45.
hoc et natura prius est, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. Liv. 28, 41.

Ertragen.

feras non culpes quod mutari non potest. Syr. 158.
optimum est pati quod emendare non possis. Sen. ep. 107.
feras quod laedit ut et id quod prodest feras. Syr. 591.
quum superare potes, nonnunquam vince ferendo:
maxima enim morum semper patientia virtus. Dion. Cat. 1, 38.
nihil est tam terribile quod non humana natura patiendo ecferat. Cic. Tusc. 4, 29, 63.
ad hoc sacramentum adacti sumus: ferre mortalia nec perturbari his quae vitare nostrae potestatis non est. Sen. de beat. vit. 15.
non quid sed quaemadmodum feras interest. Sen. cur bon. vir. mal. fi. 2.
nulli imponas quod ipse ferre non queas. Syr. 671.

Erwarten.

quidquid exspectatum est diu, levius accedit. Sen. ep. 78.
omnia leviora accidunt exspectantibus. Sen. in sap. non cad. ini. 19.
quae multo ante provisa sunt, languidius incurrunt. Sen. ad Marc. 9.
facile fortunam sustinere potest qui semper exspectat. Sen. ad Helv. 5.
est bonarum quoque rerum sollicita exspectatio. Sen. ben. 2, 5.
ab alio exspectes, alteri quod feceris. Sen. ep. 94.

Erwerb (Gewinn).

ad suum quemque hominem quaestum esse aequomst callidum. Plaut. asin. 185. cf. truc. 2, 4, 65.

ɔri quidquid est, id domum trahere oportet. Plaut. most. 3, 2, 114.

ɔnes homines ad suum quaestum callent nec fastidiunt.
Plaut. truc. 2, 5, 40.

cesse est facere sumptum qui quaerit lucrum. Plaut. asin. 218.

n potest quaestus consistere si eum sumptus superat.
Plaut. Poen. 1, 2, 77.

llus est tantus quaestus quam quod habeas parcere. Syrus 793.

nserva potius quae iam sunt parta labore:
m labor in damno est, crescit mortalis egestas. Dion. Cat. 1, 39.

od donare potes gratis, ne vende roganti:
m recte fecisse bonis in parte lucrorum est. „ „ 4, 8.

lli nisi ex alterius damno quaestus est. Sen. de ira 2, 8.

erne lucrum: versat mentes vesana libido.
Pallad. No. 445 ed. Meyer.

Erziehung.

lucatio maximam diligentiam plurimumque profuturam desiderat.
Sen. de ira 2, 18.

ollis illa educatio quam indulgentiam vocamus nervos omnes et mentis et corporis frangit. Quint. 1, 2, 26.

axima debetur puero reverentia. Juv. 14, 74.

pudore et liberalitate liberos
tinere satius esse credo quam metu. Ter. ad. 1, 1, 32.

um tibi sint nati nec opes, tunc artibus illos
strue, quo possint inopem defendere vitam. Dion. Cat. 1, 28.

cile est teneros adhuc animos componere; difficulter reciduntur vitia quae nobiscum creverunt. Sen. de ira 2, 18.

teneris consuescere multum est. Verg. georg. 2, 272.

tius praecepta descendunt quae teneris imprimuntur aetatibus.
Sen. ad Helv. 16.

atura tenacissimi sumus eorum quae rudibus annis percepimus et haec ipsa magis pertinaciter haerent quo deteriora sunt.
Quint. 1, 1, 5.

cillime tenera concitantur ingenia ad honesti rectique amorem.
Sen. ep. 108.

Essen (Speise).

sse oportet ut vivas non vivere ut edas. Corn. ad Her. 4, 28, 39.

agna cura cibi — magna virtutis incuria.
Cato ap. Amm. Marc. 16, 5, 2.

mbitiosam mensam fortuna, parcam virtus adponit.
Democritus ibid.

olet cibus cum sumitur tacitos efficere, potus loquaces.
Macr. sat. 7, 1.

iuvat cibus post opus. Quint. decl. 298.
nullius non ira, luctus, tristitia et omnis animi impetus cibo mollitur. Plin. n. h. 22, 24, 111.

Ewig (unsterblich).

aeternum fit nihil. Orph. ap. Sen. Herc. Oet. 1036.
immortalis est ingenii memoria. Sen. ad Pol. 37.
unius aetatis sunt quae fortiter fiunt; quae vero pro utilitate publica scribuntur, aeterna sunt. Cato ap. Veg. de re mil. 2.

Extrem.

extrema primo nemo tentavit loco. Sen. Agam. 153.
virtus est medium vitiorum et utrimque reductum. Hor. ep. 1, 18, 9.
...... frustra vitium vitaveris illud,
si te alio pravum detorseris. Hor. sat. 2, 2, 54.
pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. „ „ 1, 2, 27.

Fallen.

magis unde cadas quam quo refert. Sen. Thy. 926.
qui cecidit dives, surgere nemo valet. No. 920, 12 ed. Meyer.

Falsch.

nihil est hominum inepta persuasione falsius. Petr. 132.
falsa tempore ac spatio vanescunt. Tac. ann. 2, 82.

Familie.

familiam cura! Dion. Cat. sent. 18.

Faulheit (Trägheit, Untätigkeit).

Wodurch entsteht sie?

copia ignaviam adfert. Plin. n. h. 11, 14, 35.
desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit. Apul. flor. p. 28.
ex illaborato maxima attingere desiderat omnis otiosus. Varr. sent. 117.
inertes ad quae niti nolunt votis inhiant. „ „ 118.
ad quod niti socordia non patitur, id otiosi votis sibi attribuunt. Varr. sent. 116.

Sie ist schädlich.

piger sibi ipse obstat. Sen. ep. 94.
nemo ignavia immortalis factus est. Sall. Jug. 85.
nimis homo nihilist qui piger est. Plaut. rud. 920
segnitiem fugito quae vitae ignavia fertur;
nam cum animus languet, consumit inertia corpus. Dion. Cat. 3, 4.
inertia est laboris excusatio. Syr. 212.

saepe taedio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi.
Curt. 5, 9, 7.

nobilis equus umbra quoque virgae regitur; ignavus ne calcari quidem concitari potest. Curt. 7, 4, 18.

nihil agendo homines male agere discunt. Colum. r. r. 12, 1.

ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Cels. de med. 1, 1.

blando .... veneno
desidiae virtus paulatim evicta senescit. Sil. Ital. 3, 580.

nil agenti dies longus est. Sen. ep. 122.

otium et reges prius et beatas
perdidit urbes. Cat. 51, 15.

Fehler (Laster, Sünde).

Jeder hat seine Fehler.

...... vitiis nemo sine nascitur. Hor. sat. 1, 3, 68.

unicuique dedit vitium natura creato. Prop. 3, 15, 17.

quid te exemta iuvat spinis de pluribus una? Hor. ep. 2, 2, 212.

sua cuique sunt vitia. Quint. 11, 3, 121.

et delinquere humanum est et hominis maxime proprium ignoscere.
Fronto ad L. Ver. Aug. 5. 11.

omnia in omnibus vitia sunt, sed non omnia in omnibus extant.
Sen. ben. 4, 27.

qui habet vitium unum habet omnia. „ „ 5, 15.

vitia erunt donec homines. Tac. hist. 4, 74.

nemo sine vitio est. Sen. contr. 2, 4.

hominum sunt ista (vitia) non temporum: nulla aetas vacavit a culpa.
Sen. ep. 97.

si quotiens homines peccant sua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit. Ov. trist. 2, 33.

nemo nostrum non peccat. Petr. 75.

peccare pauci nolunt, nulli nesciunt. Syr. 362.

animi totidem vitia quot virtutes sunt. Quint. 3, 7, 20.

Sei nachsichtig gegen die Fehler Anderer!

optimum existimo qui ceteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet, ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscat. qui vitia odit, homines odit. Plin. ep. 8, 22, 3.

loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Juv. 2, 23.

carere decet omni vitio qui in alterum dicere paratus est.
Cic. in Sal. contr. 7, 21.

aequum est
peccatis veniam *poscentem* reddere rursus. Hor. sat. 1, 3, 74.

potius est sua peccata tegere quam aliena indagare. Apul. de mag. p. 264.

homines in ulciscendis vitiis quibus ipsi vehementer indulgent acres sunt. Aur. Vict. epit. 1, 27.

.... veniâ donari decet
qui casu peccat; nam qui consilio est nocens,
illum esse quamvis dignum poena iudico. Phaedr. 5, 3, 11.

Wodurch werden Fehler bewirkt?

in vitium ducit culpae fuga, si caret arte. Hor. ep. 2, 3, 31.

.... velocius et citius nos
corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
cum subeunt animos auctoribus. Juv. 14, 44.

ubi peccat aetas maior male discit minor. Syr. 491.

alitur vitium vivitque tegendo. Verg. georg. 3, 454.

vitiis nostris in animum per oculos via est. Quint. decl. 1, 6.

in exemplum facillime vitia proficiunt. „ „ 3, 1.

nemo vitia quia odit imitatur. Sen. exc. contr. 2, 6.

vitia semper facultatibus licentiaque et assentationibus aluntur. Vell. 2, 82, 4.

nulli nos vitio natura conciliat. Sen. ep. 94.

vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. „ „ 45.

vitiis nostris nomen virtutis imponimus. „ „ 92.

pudorem tollit multitudo peccantium. Sen. ben. 3, 16.

nonnunquam incredibiliter peccare ratio peccandi est. Calp. Flacc. decl. 2.

quidquid multis peccatur inultum est. Luc. Phars. 5, 260.

qui non vetat peccare, cum possit, iubet. Sen. Troad. 295.

o consuetudo peccandi quantam habes iucunditatem improbis et audacibus, cum poena afuit et licentia consecuta est! Cic. Verr. 3, 76, 176.

qui ingenio malo est confidentius peccatum integrat ac iam de cetero quo saepius eo apertius delinquit. Apul. de mag. p. 251.

plura saepe peccantur dum demeremur quam dum offendimus. Tac ann. 15, 21.

Fehler sind auszurotten.

occurrendum augescentibus vitiis et medendum est. Plin. ep. 9, 37, 3.

bellum est sua vitia nosse. Cic. ad Att 2, 17, 2.

nisi vindices delicta, improbitatem adiuves. Syr. 329.

magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Sen. ep. 11.

nulla sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur; quidquid infixum et ingenitum est, lenitur arte non vincitur. Sen. ep. 11.

animorum molliter vitia tractanda sunt. Sen. ben. 7, 30.
nunquam bona fide vitia mansuescunt. Sen. ep. 85.
si velis vitiis exui, longe a vitiorum exemplis recedendum est. Sen. ep. 104.
optimum est notis vitiis impedimenta prospicere. Sen. de ira 3, 14.
omnia vitia penitus insidunt, nisi dum surgunt oppressa sint. Sen. ad Marc. 1.
ubi mentem invaserint vitia, inhumanius grassatur peccandi consuetudo. Aur. Vict de Caes. 5, 9.
securam quicunque cupis traducere vitam,
ne vitiis impende animum quae moribus obstant.
Dion. Cat. 4. prooem.
cum quid peccaris, castiga te ipse subinde:
vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris. Dion. Cat. 4, 40.
peccatum extenuat qui celeriter corrigit. Syr. 363.
quem paenitet peccasse, paene est innocens. Sen. Agam. 243.
. . . . . . facilis descensus Averno;
sed revocare gradum superasque evadere ad auras,
hoc opus, hic labor est. Verg. Aen. 6, 126.
non radicitus evelli mala posse putandum est. Lucr. 3, 310.
ubique vitia remediis fortiora. Plin. ep. 4, 25, 5.
geminat delictum quem delicti non pudet. Syr. 177.

Ein Fehler zieht den andern nach sich.

non stant uno loco vitia. Sen. ben. 1, 10.
nullum intra se manet vitium. Sen. ep. 95.
nullum vitium finitur ibi ubi oritur. Val. Max. 9, 1, 2.
etiam sine magistro vitia discuntur. Sen. nat. qu. 3, 30.
facilis in proclivia vitiorum decursus est. Sen. de ira 2, 1.
non pronum iter est tantum ad vitia sed praeceps. Sen. ep. 97.

Was schützt gegen Fehler?

minus saepe pecces si scias quid nescias. Syrus 292.
cui peccare licet, peccat minus. Ov. am. 3, 4, 9.
non poenae aut infamiae metu non est peccandum, sed iusti honestique studio et officio. Gell. 12, 11, 3.
oportet quae sunt inhonesta non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare. Plin. ep. 5, 14, 9.
plerique metu peccare cessant non innocentia. Syr. 691.
multum interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat. Sen. ep. 90.
verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Sen. de clem. 1, 22.
plus proficit vitiorum ignoratio quam cognitio virtutis. Just. 2, 2.

omnia vulgi vitia ne invisa nobis sed ridicula videantur! Sen. de tranq. an. 15.

vitia nostra quia amamus defendimus et malumus excusare illa quam excutere. Sen. ep. 116.

---

in summo ingenio atque optimis rei publicae moribus quamvis parva vitia elucent magis eoque notantur facile. Aur. Vict. de Caes. 41, 21.

omne animi vitium tanto conspectius in se
crimen habet quanto maior qui peccat habetur. Juv. 8, 140.

omne vitium semper habet patrocinium suum. Syr. 679.

esse necesse est vitia minima maximorum maxima. „ 780.

nullis vitiis desunt pretiosa nomina. Plin. n. h. 37, 3, 50.

secuntur quocunque perveneris vitia. Sen. ep. 28.

sunt virtutibus vitia confinia. „ „ 120.

non sunt eiusdem pectoris vitia et virtutes. Quint. decl. 377.

nulla tanta vitia sunt quae non meliora mirentur. „ „ 325.

omnia peccata sunt paria. Zeno ap. Cic. pro Mur. 29, 61.

distincta genera sunt delictorum. Plato ibid.

quod vitiosum est quo animo facias nihil interest. Syr. 728.

qui pote celare vitium, vitium non facit. „ 422.

cum vitia prosunt, peccat qui recte facit. „ 110.

etiam peccato recte praestatur fides. „ 143.

impune pecces in eum qui peccat prior. „ 226.

magna pars hominum non peccatis irascitur sed peccantibus. Sen. de ira 2, 28.

peccata non rerum eventis, sed vitiis hominum metienda sunt. Cic. parad. 3, 1, 20.

quisquis peccat inops, minor est reus. Petr. 133.

pro dominis peccare etiam virtutis loco est. Syr. 384.

peccatum amici velut tuum recte putes. „ 686.

illo nocens se damnat quo peccat diu. „ 209.

Feigheit.

ignaviam necessitas acuit et saepe desperatio spei causa est. Curt. 5, 4, 31.

quemlibet ignavum facit indignatio fortem. 938, 21. ed. Meyer.

turpis fuga mortis omni morte est peior. Cic. Phil. 8, 10, 29.

multi lacessunt debiles et cedunt fortibus. Phaedr. app. 24, 1.

timidus vocat se cautum, parcum sordidus. Syr. 487.

Feind.

non oportet immortales esse inimicitias. Quint. decl. 257.

mortales esse inimicitiae debent. Sen. contr. 5, 2.

cum inimico nemo in gratiam tuto redit. Syr. 100.
inimici ad animum nullae conveniunt preces. „ 614.
inimicum quamvis humilem docti metuere est. „ 218.
nihil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorem neglegentia facies. Curt. 6, 3, 11.
nullum magis adversarium timeas quam qui vivere non potest, occidere potest. Sen. contr. 9, 6.
nullus perniciosior hostis est quam quem audacem angustiae faciunt, longeque violentius semper ex necessitate quam ex virtute corruitur. Sen. nat. qu. 2, 59.
inimicorum dicta neglegantur non minus ipsis. Varr. sent. 55.
inimicus gravior qui latet in pectore. Syr. 219.
tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt, quam indictae atque apertae. Cic. Verr. 5, 71, 182.
hostem adversum opprimere strenuo homini haud difficile est; occulta pericula neque facere neque vitare bonus in promptu est. Sall. ad Caes. de rep. ord. 2, 7.
inimicum ulcisci vitam accipere est alteram. Syr. 219.
hostis est quisquis mihi non monstrat hostem. Sen. Herc. fur. 1167.
etiam gloria ac virtus infensos habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens. Tac. ann. 4, 33.
honestius deponimus inimicitias rei publicae nomine susceptas quam contumaciae Cic. ad Att. 14, 13, A, 3.
inimico exstincto exitium lacrimae non habent. Syr. 615.
satis est superare inimicum, nimium est perdere. „ 842.
de inimico ne loquaris male sed cogites. „ 578.
nihil magis de inimico efficere velis quam quod ipse ferre non possis. Quint. decl. 11, 2.
litis praeteritae noli maledicta referre;
post inimicitias iram meminisse malorum est. Dion. Cat. 2, 15.
quidam inimici graves amici sunt leves. Syr. 711.
etiam hosti est aequus qui habet in consilio fidem. „ 140.
suis qui nescit parcere inimicis favet. „ 482.
...... fas est et ab hoste doceri. Ov. met. 4, 428.

Feldherr (Führer).

militaris sine duce turba corpus est sine spiritu. Curt. 10, 6, 8.
tanti est exercitus quanti imperator. Flor. 1, 34, 11.
ducis in consilio posita est virtus militum. Syr. 174.
iure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat. Nep. Thras. 1.
mori praestat quam precario imperatorem esse. Curt. 9, 2, 34.

Eigenschaften des Feldherrn.

inter praecipuas virtutes est imperatorem non pugnare aliquando. Quint. decl. 317.

bono imperatori haud magni fortuna momenti est, mens ratioque dominatur. Liv. 22, 25, 14.

ducem qui de sua unius sententia omnia gerat superbum iudico magis quam sapientem. Liv. 44, 22.

id est viri et ducis non deesse fortunae praebenti se et oblata casu flectere ad consilium. Liv. 28, 44.

non minus est imperatoris consilio superare quam gladio. Caes. de b. civ. 1, 72.

exstinguere hostem maxima est virtus ducis. Sen. Oct. 445.

esse providum et cunctatorem, praecipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre solet exercitibus et salutem. Amm. Marc. 16, 2, 11.

imperatorum res adversae auctoritatem minuunt. Caes. de b. gall. 7, 30.

Feuchtigkeit.

humor alit segetem, segeti contrarius humor.

quod iuvat hoc dulce est, quod cogitur altera mors est. Verg. No. 99. ed. Meyer.

Feuer.

flamma recens parva sparsa resedit aqua. Ov. her. 17, 190.

. . . neglecta solent incendia sumere vires. Hor. ep. 1, 18, 85.

parva saepe scintilla contempta magnum excitavit incendium. Curt. 6, 3, 11.

etiam maximum ignem solida non receperunt; rursus arida et corripi facilia scintillam quoque fovent usque in incendium. Sen. ep. 18.

exstincta parum fideliter incendia maiore flamma revivescunt. Flor. 1, 40, 14.

nunquam ubi diu fuit ignis deficit vapor. Syr. 344.

late lucere ignis ut nihil urat potest. „ 622.

ignis suum calorem etiam in ferro tenet. „ 207.

tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Hor. ep. 1, 18, 84.

ignis probat aurum, miseriae fortem probant. Syr. 606.

Fliehen.

longe fugit quisquis suos fugit. Petr. 43.

quantum quisque timet tantum fugit. „ 123.

Folgen.

optimum est sequi maiores, recte si praecesserint. Syr. 538.

qui alium sequitur, nihil sequitur, nihil invenit, immo nec quaerit. Sen. ep. 33.

Frechheit (Kühnheit, Verwegenheit).

criminis indultu secura audacia crescit. No. 938, 20. ed. Meyer.
crescit audacia experimento. Plin. ep. 9, 33, 6.

audax omnia perpeti
gens humana ruit per vetitum nefas. Hor. od. 1, 3, 25.
nil mortalibus ardui est. „ „ 1, 3, 37.
per licentiam insolescit animus humanus. Sall. Cat. 6.
in rebus dubiis plurimi est audacia. Syr. 227.
in re quae plus de incerto habet temeritas experimenti solam probat desperationis audaciam. Quint. decl. 8, 11.
maiore licentia quae non videmus agimus, et quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Sen. contr. 7, 5.
quod si deficiant vires, audacia certe
laus erit. Prop. 2, 10, 5.
ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Quint. decl. 1, 6.
invectivae .... vocis nunquam libertas tacet. Syr. 832.

Frei (Freiheit).

Wer ist frei?

liber est is existimandus qui nulli turpitudini servit. Corn. ad Her. 4, 17, 24.
nemo liber est qui corpori servit. Sen. ep. 92.
liber est qui servitutem suam effugit. Sen. nat. qu. 3. praef.
falso libertatis vocabulum obtenditur ab iis qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habent. Tac. ann. 11, 17.
summum bonum liber animus est ac rectus, alia subiciens sibi, se nulli. Sen. ep. 124.
liberiora omnia sunt iis quorum affectus tegi possunt. Sen. ad Pol. 25.

Freiheit ist süfs.

dulcis est libertas. Phaedr. 3, 7, 1.
satis libertas ipsa habet dulcedinis. Liv. 2, 9, 3.
libertas iuxta bonis et malis, strenuis et ignavis optabilis est. Sall. ad Caes. de rep. ord. 2, 11.
libertate quidem certe nihil potest esse dulcius. Cic. de rep. 1, 31, 47.
non potest gratis constare libertas. Sen. ep. 104.
ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in recuperanda libertate fugienda. Cic. Phil. 10, 10, 20.
nullius rei minus *diuturna* est gratia quam libertatis. Liv. 39, 26.

Freiheit ist Mäſsigung.

nimia libertas et populis et privatis in nimiam servitutem evadit. Cic. de rep. 1, 44, 68.

libertas inter virtutem vitiumque posita si salubri modo se temperavit, laudem, si quo non debuit profudit, reprehensionem meretur. Val. Masc. 6, 2. prooem.

libertas temperata salubris et singulis et civitatibus est, nimia et aliis gravis et ipsis qui habent effrenata et praeceps est. Liv. 34, 49.

moderatio tuendae libertatis, dum aequari velle simulando ita se quisque extollit ut deprimat alium, in difficili est. Liv. 3, 65, 11.

in omni discrimine periculosa libertas est. Sen. contr. 7, 8.

quum et omnium officiorum finis aliquis, tum optime libertati venia obsequio praeparatur. Plin. ep. 3, 5, 8.

...... si istam amissis semel
libertatem, hau facile eundem rusum restitues locum.
Plaut. mil. glor. 701.

licentiam malis dari certe contra bonos est. Quint. 12, 7, 1.

in civitate libera lingua mensque liberae esse debent. Suet. Tib. 28.

ubi libertas cecidit, audet libere nemo loqui. Syr. 852.

liberis pretium servitutis est ingratum. Curt. 6, 6, 11.

ingenua servilibus ingenia praestant. Just. 18, 3.

id quod ingenuis natura dedit, nulla fortunae iniuria eripi potest. Quint. decl. 311.

servitutis genus est coacta libertas. Quint. decl. exc. p. 389.

unum non est: in servitute nasci et libertate multari. Calp. Flacc. decl. 17.

libertas et speciosa nomina praetexuntur; nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet. Tac. hist. 4, 73.

Freigebigkeit.

liberalitas in paupere gratior quam in divite. Quint. 7, 4, 23.

cum tibi divitiae superant in fine senectae,
munificus facito vivas non parcus amicis. Dion. Cat. 3, 8.

nescit semel incitata liberalitas stare, cuius pulchritudinem usus ipse commendat. Plin. ep. 5, 12, 3.

non est magni animi qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod *alteri donat* sibi detrahit. Sen. de clem. 1, 20.

Freude.

qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Tib. 4, 13, 8.
omnes tendunt ad gaudium, sed unde stabile magnumque consequantur ignorant. Sen. ep. 59.
gaudium nisi sapienti non contingit. ibid.
adsiduo gaudio lassi fiunt homines. Plin. n. h. 37, 1, 3.
interpone tuis interdum gaudia curis:
ut possis animo quemvis sufferre laborem. Dion. Cat. 3, 5.
vive laetus quisque vivis,
vita parvom munus est.
orta mox sensim vigescit,
deinde sensim deficit. No. 1191 ed. Meyer.
dona praesentis cape laetus horae,
linque severa! Hor. od. 3, 8, 27.
dulce est desipere in loco. „ „ 4, 12, 28.
gaudia non remanent, sed fugitiva volant. Mart. 1, 15, 8.
dum fata sinunt, vivite laeti. Sen. Herc. fur. 177.
spem gaudia parant, adversa contritionem. Quint. decl. 15, 10.
gaudia principium nostri sunt saepe doloris. Ov. met. 7, 796.
cito improborum laeta ad perniciem cadunt. Syr. 90.
ubi maxime gaudebis, metues maxime. „ 489.
tormentum o dulce, aequo ubi reprimitur gaudium. „ 759.
delectat ex alto relicta respicere. Sen. ad Marc. 25.

Freundschaft.

Wesen und Pflichten derselben.

vetus est lex illa iustae veraeque amicitiae ut amici semper idem velint. Cic. Planc. 2, 5.
idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sall. Cat. 20.
nulla studia tanta sunt ut amicitiae officium deseratur. Plin. ep. 8, 9, 2.
ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae. Sen. ep. 9.
nihil homini amico est opportuno amicius. Plaut. epid. 3, 3, 44.
nomen amicitiae magna pietate colendum est;
maxima pars vitae est nomen amicitiae. anon. No. 650 ed. Meyer.
amicitia omnibus rebus praeferenda et tenenda est. Quint. decl. exc. p. 401.
auxilium a nobis petito si forte laboras:
nec quisquam melior medicus quam fidus amicus. Dion. Cat. 4, 13.
damnaris nunquam post longum tempus amicum;
mutavit morem, sed pignora prima memento. Dion. Cat. 4
pro amico *saepe mori expedit.* Varr. sent

gloriosum est iram amici amicitiae dare. Syr. 598.
quemadmodum in se quisque sic in amicum sit animatus.
Cic. Lael. 16, 56.
amicitiae immortales, mortales inimicitiae debent esse. Liv. 40, 46.
verae amicitiae sempiternae sunt. Cic. Lael. 9, 32.
amicitiae sunt dissuendae magis quam discindendae. „ „ 21, 76.
amicitias quae minus delectent et minus probentur magis decere censent sapientes sensim diluere quam repente praecidere.
Cic. off. 1, 33, 120.
tam audacter cum amico loquere quam tecum. Sen. ep. 3.
amicis eo magis des quo nihil habes. Syr. 548.
amici vitia si feras facias tua. „ 21.
amici mores noveris non oderis. „ 20.
amicum laedere ne ioco quidem licet. „ 551.
ruborem amico excutere amicum est perdere. „ 454.
amicum perdere est damnorum maximum. „ 552.
qui timet amicum, amicus ut timeat docet. „ 429.
secreto amicos admone, lauda palam. „ 459.
amicum castigare ob meritam noxiam
immoenest facinus, verum in aetate utile
et conducibile. Plaut. Trin. 23.
qui ab amico verum audire nequit, huius salus desperanda est. scitum est illud Catonis, melius de quibusdam acerbos inimicos mereri quam amicos qui dulces videantur; illos verum saepe dicere, hos nunquam. Cic. Lael. 24, 90.
vincere cum possis interdum cede sodali:
obsequio quoniam dulces retinentur amici. Dion. Cat. 1, 34.
litem inferre cave cum quo tibi gratia iuncta est:
ira odium generat, concordia nutrit amorem. Dion. Cat. 1, 36.
pecuniam amico credens est damnum duplex:
argentum et sodalem perdidit simul. Appul. No. 225 ed. Meyer.
nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris.
Cic. Lael. 11, 39.
amicorum est ante dicere ea quae vitari possint. Cic. Phil. 1, 10, 26.
amicitia semper prodest, amor et nocet. Syr. 550.
inter amicos iudicatur quam inimicos molestius. „ 784.
cum grave est vere accusari in amicitia, tum etiamsi falso accuseris non est neglegendum. Cic. pro Mur. 3, 7.
qui sibi amicus est, hunc scito amicum omnibus esse. Sen. ep. 6.
solem e mundo tollere videntur qui amicitiam e vita tollunt, qua nihil a dis immortalibus melius habemus, nihil iucundius.
Cic. Lael. 13, 47.

secundas res splendidiores facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores. Cic. Lael. 6, 22.

virtutum amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes. Cic. Lael 22, 83.

amicitia nisi inter bonos esse non potest. „ „ 18, 65.

difficile est amicitiam manere si a virtute defeceris. „ „ 11, 37.

Freunde in der Not
gehn viele auf ein Lot.

donec eris felix, multos numerabis amicos;
tempora si fuerint nubila, solus eris. Ov. trist. 1, 9, 5.

diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est;
quae simul intonuit, proxima quaeque fugat. Ov. ex. Pont. 2, 3, 23.

vulgare amici nomen sed rara est fides. Phaedr. 3, 9, 1.

plerumque in calamitate ex amicis inimici fiunt. Caes. de b. civ. 3. 104.

amicum an nomen habeas aperit calamitas. Syr. 22.

ipsae amicos res opimae pariunt, adversae probant. „ 785.

non fortunae sed hominibus esse amicum decet. Nep. Att. 9.

ubi amici ibi sunt opes. Plaut. truc. 4, 4, 32.

circa eversos ingens solitudo est. Sen. ep. 9.

ubi semel inclinata res est, amici de medio. Petr. 38.

inde amici fugiunt ubi probantur. Sen. ep. 9.

est equidem in laetis nemo non promptus amicus;
ipsa homini adversis umbra inimica sua est. anon. No. 920, 8. ed. Meyer.

cum fortuna manet voltum servatis amici;
cum cecidit turpi vertitis ora fuga. Petr. 8.

plus mensa amicos quam mens concipit bona. Syr. 834.

amici divitum paleae sunt circa grana. Varr. sent. 20.

vis experiri amicum? calamitosus fias. „ „ 21.

plures amicos re secunda compara,
paucos amicos rebus adversis proba. Pitt. ap. Auson. p. 148. ed. Bip.

sincerae fidei amici praecipue in rebus adversis cognoscuntur. Val. Max. 4, 7. prooem.

is est amicus qui in dubia re iuvat. Plaut. epid. 1, 2, 10.

amicus certus in re incerta cernitur. Enn. ap. Cic. Lael. 17, 64.

ut quoique homini res paratast, perinde amicis utitur. Plaut. Stich. 520.

homini amico quist amicus ita uti nomen possidet,
nisi deos ei *nil praestare* (arbitror). Plaut. Bacch. 386.

Oft stiftet der Nutzen die Freundschaften.

turpe quidem dictu sed si modo vera fatemur
volgus amicitias utilitate probat. Ov. ex Pont. 2, 3, 7.
nomen amicitiae sic quatenus expedit haeret. Petr. 80.
nomen amicitiae si quatenus expedit haeret,
calculus in tabula mobile ducit opus. Petr. No. 163 ed. Meyer.
amici animum quaerunt, rem parasiti ac divitias.
Lucil. sat. fragm. 27, 2.

Erst prüfe, dann schliefse Freundschaften!

cave amicum credas nisi quem probaveris. Syr. 85.
post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum.
Sen. ep. 3.
factis non ex dictis amicos penses. Liv. 34, 49.
sapiens alienum ad amicitiam, cum iudicaverit prudens, adiungere sibi debebit, non cum adiunxerit iudicare.
Amm. Marc. 26, 3, 9.
diu cogita an tibi aliquis in amicitiam recipiendus sit Sen. ep. 3.
multi modii salis simul edendi sunt ut amicitiae munus expletum sit.
Cic. Lael. 19, 67.
puerilis est amicitia quam non praecessit iudicium. Varr. sent. 32.
cum tibi vel socium vel fidum quaeris amicum,
non tibi fortuna est hominis sed vita petenda. Dion. Cat. 4, 15.

Bedenke, dafs aus Freunden oft Feinde werden.

ita amicum habeas posse ut facile fieri hunc inimicum putes.
Syr. 522.
ita oportet homines in usu amicitiae versari, ut meminerint eam ad gravissimas inimicitias posse converti. Val. Max. 7, 3. ext. 3.
eam diligentiam adhibeamus in amicitiis comparandis ut ne quando amare incipiamus eum quem aliquando odisse possimus.
Cic. Lael. 16, 60.

Gleichheit ist die Bedingung der Freundschaft.

amicitia pares aut accipit aut facit. Syr. 549.
minime amicus sum fortunae particeps nisi sim tuae. „ 525.
ad conectendas amicitias vel tenacissimum vinculum morum similitudo.
Plin. ep. 4, 15.
non est ullum certius amicitiae vinculum quam consensus et societas consiliorum et voluntatum. Cic. pro Planc. 2, 5.
iungit amicitias similitudo morum. Quint. decl. 307.
dulcis inexpertis cultura potentis amici,
expertus metuit. Hor. ep. 1, 18, 86.

amici officio et fide pariuntur. Sall. Jug. 10.
virtus et conciliat amicitias et conservat. Cic. Lael. 27, 100.
sic diligendi sunt amici ut nos nobis odio haberi putemus si amicos. Varr. sent. 119.
qui numerosis studet amicis, is etiam inimicos ferat. Syr. 836.
non est pusilla domus quae multos recipit amicos. „ 792.
vilis amicorum annona est, bonis ubi quid deest. Hor. ep. 1, 12, 24.
amicitiae unicum est fides coagulum. Syrus 19.
ita crede amico ne sit inimico locus. „ 243.
mage cavenda amicorum est invidia quam insidiae hostium. Syrus 523.
plus amici nocuimus quam inimici. Quint. decl. 9, 1.
qui simulat verbis nec corde est fidus amicus,
tu quoque fac pariter; sic ars deluditur arte. Dion. Cat. 1, 26.
in bono hospite atque amico quaestus est quod sumitur. Plaut. mil. glor. 673.
ne quid expectes amicos quod ipse facere possies. Enn. ap. Gell. 2, 29, 20.
consortium rerum omnium facit amicitia. Sen. ep. 48.
satius est amicum reparare quam flere. „ „ 63.
neminem tam alte secunda posuerunt ut non illi eo magis amicus desit quia nihil absit. Sen. ben. 6, 29.
nullum habet maius malum occupatus homo quam quod amicos sibi putat quibus ipse non est. Sen. ep. 3.
ex assiduitate commorandi languet amicitiae desiderium. Varr. sent. 120.
decima hora amicos plures prima reperiet. Syr. 822.

Friede.

...... pax optima rerum
quas homini novisse datum est. Sil. Ital. 11, 595.
et nomen pacis dulce est et ipsa res salutaris. Cic. Phil. 2, 44, 113.
in turbas et discordias pessimo cuique plurima vis; pax et quies bonis artibus indigent. Tac. hist. 4, 1.
pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. Ov. fact. 1, 1, 704.
candida pax homines, trux decet ira feras Ov. a. a. 3, 501.
melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria. Liv. 30, 30.
pacem reduci velle victori expedit
victo necesse est. Sen. Herc. fur. 368.
sancta probis pax est: irasci desine victus. Asm. No. 452 ed. Meyer.
pacem cum hominibus, bellum cum vitiis habe! Syr. 682.

vere si volumus iudicare, multae res exstiterunt urbanae maiores clarioresque quam bellicae. Cic. off. 1, 22, 74.
ibi pax est fida ubi voluntarii pacati sunt. Liv. 8, 21, 7.
in pace causae ac merita spectantur; ubi bellum ingruit, innocentes ac noxii iuxta cadunt. Tac. ann. 1, 48.
misera pax vel bello bene mutatur. „ „ 3, 44.
bellum pace mutatum plurimum adfert gaudii. Val. Max. 4, 2. prooem.
nulla salus bello: pacem te poscimus omnes. Verg. Aen. 11, 399.
paritur pax bello. Nep. Epam. 5. cf. Cic. Phil. 7, 6, 19.
in disciplinae militaris sinu ac tutela serenus tranquillusque beatae pacis status adquiescit. Val. Max. 2, 7. prooem.
qui desiderat pacem praeparet bellum. Veget. r. m. 3. prol.
nunquam imperator ita paci credit, ut non se praeparet bello; quod etiamsi non geritur indictum est. Sen. de vit. beat. 26.

Frömmigkeit (Pietät).

pietas fundamentum est omnium virtutum. Cic. Planc. 12, 29.
nulla vis maior pietate vera est. Sen. Thy. 549.
iusto homini in dei religione et in summa pietate praesidium est. Apul. Herm. trism. p. 171.
animus vereri qui scit scit tuta ingredi. Syr. 32.
dis te minorem quod geris imperas. Hor. od. 3, 6, 5.
cura pii dis sunt et qui coluere coluntur. Ov. met. 8, 724.
sequere deum! Cic. fin. 3, 22, 73.
..... pietas antiqua labores
respicit humanos. Verg. Aen. 5, 688.
facilius si qui pius est a dis supplicans
quam qui scelestust inveniet veniam sibi. Plaut. rud. 26.
magis deos miseri quam beati colunt. Sen. contr. 8, 1.
redire pietas unde submota est solet. Sen. Thy. 474.
natura est pietatis magistra. Val. Max. 5, 4. ext. 5.

Früh.

..... mane quod tu occeperis
negotium agere, id totum procedit diem. Plaut. Pers. 1, 3, 33.

Furcht (fürchten).

Furcht ist ein Zeichen der Schwäche.

degeneres animos timor arguit. Verg. Aen. 4, 13.
degeneres trepidant animi peioraque versant. Luc. Phars. 6, 17.
aequo iudicio iuxta timidus est et ignavus qui cum non oportet mori desiderat et qui refugiat cum sit opportunum. Amm. Marc. 25, 3, 19.

ına est nobilitas argumentumque coloris
ngenui, timidas non habuisse manus. Petr. 47.

.... qui pavet vanos metus,
'eros meretur. Sen. Oed. 698.

Furcht schafft nichts Gutes.

mbecillis est pudoris magister timor. Cic. ap. Non. p. 230.

netus ac terror sunt infirma vincla caritatis; quae ubi removeris qui timere desierint odisse incipient. Tac. Agric. 32.

quem metuunt oderunt; quem quisque odit periisse expetit. Enn. ap. Cic. off. 2, 7, 23.

nfidelis recti magister est metus. Plin. pan. 45, 6.

nemo amat quos timet. Sen. ben. 4, 19.

metus interpres semper in deteriora inclinatus. Liv. 27, 46.

timor non est diuturnus magister officii. Cic. Phil. 2, 36, 90.

malo coactus qui suum officium facit,
dum id rescitum iri credit, tantisper cavet;
si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.
Ter. Andr. 1, 1, 44.

virtutis omnis impedimentumst timor. Syrus 854.

timor est emendator acerrimus. Plin. ep. 7, 17, 13.

metus improbos compescit non clementia. Syr. 288.

Eigenschaften der Furcht.

quae natura pavoris est: omnia metuenti praesentia maxime displicent. Tac. hist. 3, 84.

levius solet timere qui propius timet. Sen. Troad. 519.

levius accidunt familiaria, ex insolito formido est maior. Sen. nat. qu. 6, 3.

prona est timori semper in peius fides. Sen. Herc. fur. 316.

dura inter pavidos alitur fortuna sedendo
et gliscunt adversa metu. Sil. Ital. 10, 598.

semper plus metuit animus ignotum malum. Syrus 741.

qui homo timidus erit in rebus dubiis
nauci non erit. Plaut. Most. 5, 1, 1.

.... nos in luce timemus
interdum nilo quae sunt metuenda magis quam
quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura. Lucr. 3, 88.

solent extrema metuentibus etiam ficta placere. Amm. Marc. 25, 6, 11.

metuens ea maxime sibi quae maxime abominatur fingit. Plin. ep. 6, 4, 4.

.... docilis per inania rerum
pascere rumorem *vulgi pavor*. Sil. Ital. 4, 7.

ubi intravit animos pavor, id solum metuunt quod primum formidare coeperunt. Curt. 4, 16, 17.
non aequus in artis nimirum rebus suasor metus. Sil. Ital. 5, 477.
miserrimum est timere cum speras nihil. Sen. Troad. 429.
cotidie damnatur qui semper timet. Syr. 95.
metus cum venit rarum habet somnus locum. „ 287.
nemo tam timidus est ut malit semper pendere quam semel cadere. Sen. ep. 22.
ubi omnis vita metus est, mors est optimum. Syr. 490.
timeri tam domi molestum est quam foris. Sen. ep. 105
semper redundat ipse in auctores timor. Syr. 742.
nemo multis metuendus est quin ad eum ex multis formido recidat. Sall. ad Caes. de rep. ord. 1, 3.
necesse est multos timeat quem multi timent. Sen. de ira 2, 11.
. . . . . quos cogit metus
laudare, eosdem reddit inimicos metus. Sen. Thy. 207.
temperatus timor cohibet animos, assiduus vero omnia experiri suadet. Sen. de clem. 1, 12.
ubi timetur nil quod timetur nascitur. Syr. 766.
satis clarus est apud timentem quisquis timetur. Tac. hist. 2, 76.
nil metuat qui magna cupit. anon. No. 695 ed. Meyer.

Fürchte stets!

si nil velis timere metuas omnia. Syr. 746.
si vultis nihil timere cogitate omnia esse timenda. Sen. nat. qu. 6, 2.
quae posse fieri non putes metuas tamen. Sen. Oed. 26.
semper metuendum quidquid irasci potest. Syr. 740.
quod est timendum decipit si negligas. „ 725.

Furcht ist töricht.

sine remedio timor stultus est. Sen. nat. qu. 6, 2.
furor est metuere salutaria. Sen. ben. 4, 19.
similis furenti quisquis timet. Sen. nat. qu. 6, 29.
dementes hoc quod aliquando concupiscunt semper timent. Sen. ad Helv. 12.
nihil est quod timeas si innocens es. Quint. decl. 294.

---

timendi causa est nescire. Sen. nat. qu. 6, 3.
metum respicere non solet quidquid iuvat. Syr. 638.
. . . cupide conculcatur nimis ante metutum. Lucr. 5, 11, 38.
qui non reverentur homines fallunt deos. Curt. 7, 8.

Gastmahl.

convivare raro! Dion. Cat. 6, 26.
pauca in convivio loquere! Dion. Cat. sent. 54.
sermo in circulis et conviviis est liberior. Cic. ad Att. 2, 18, 2.
inter convivas fac sis sermone modestus,
ne dicare loquax dum vis urbanus haberi. Dion. Cat. 3, 18.

Gastfreund.

turpius eicitur quam non admittitur hospes. Ov. trist. 5, 6, 13.

Geben (Geschenk).

semel dedit qui rogatus, bis qui non. Varr. sent. 14.
bis gratum est quo dato opus est ultro si offeras. Syr. 61.
vix datum ne putes beneficium sed praedam. Varr. sent. 13.
ficte referas gratiam invite danti. „ „ 12.
ex animi dantis censeatur munus magnum vel parvum. Varr. sent. 17.
turpissimum est in datis fenus sperare; pulcherrimum est cum fenore data reddi. Varr. sent. 16.
cui des videto! Dion. Cat. sent. 23.
parva munera diutina, locupletia non propria esse consuerunt. Nep. Thras. 4.
exiguum munus quum dat tibi pauper amicus,
accipito placide et plane laudare memento. Dion. Cat. 1, 20.
extra fortunam est si quid donatur amicis;
quas dederis solas semper habebis opes. Mart. 5, 42, 7.
maledictum incipit esse non munus in quo vitium accipientis agnoscitur. Sen. ben. 1, 11.

Geburt.

nulli contigit impune nasci. Sen. ad Marc. 15.
ita nascimur ut moriamur; frustra nascitur qui aeterno moritur. Quint. decl. Exc. p. 391.
felicissimum est non nasci; proximum puto brevitate vitae defunctos cito in integrum restitui. Sen. ad Marc. 22.
non nobis solum nati sumus ortusque nostri partem patria sibi vindicat, partem parentes, partem amici. Cic. off. 1, 7, 22.

Gedächtnis.

memoria necessarium maxime vitae bonum. Plin. n. h. 7, 24, 88.
memoria est thesaurus omnium rerum et custos. Cic. de orat. 1, 5, 18.
omnis disciplina memoria constat frustraque docemur si quidquid audimus praeterfluat. Quint. 11, 2, 1.
quidquid frequens cogitatio exercet ac renovat, memoriae nunquam subducitur. Sen. ben. 3, 2.

.... prima labescit senum
memoria, longo lassa sublabens situ. Sen. Oed. 816.
in memoriam primum senectus incurrit. Sen. contr. 1. prooem.

Gefahr.

nunquam periculi fuga committendum est ut imbelles timidique videamur, sed fugiendum etiam illud ne offeramus nos periculis sine causa. Cic. off. 1, 24, 83.
quid quisque vitet nunquam homini satis
cautum est in horas. Hor. od. 2, 13, 13.
... tua res agitur paries cum proximus ardet. Hor. ep. 1, 18, 84.
citius venit periculum cum contemnitur. Syr. 88.
nemo futuri temporis cogitatione periculum subit. Quint. decl. 345.
magnae periclo sunt opes obnoxiae. Phaedr. 2, 7, 14.
heu quam est timendus qui mori tutum putat! Syr. 189.
o pessimum periclum quod opertum latet. „ 351.
pericla qui audet ante vincit quam accipit. „ 689.
pericla timidus etiam quae non sunt videt. „ 371.
quum ultimi discriminis tempus adventat, in sollicitudinem vertitur fiducia. Curt. 3, 8, 20.
subiti periculi recordatio est laetior. Caes. de b. Alex. 77.
nemo libenter recolit qui laesit locum. Phaedr. 1, 18, 1.
extrema primo nemo tentavit loco. Sen. Agam. 153.

Gegen den Mächtigen kämpfen, ist gefährlich.

cum periclo inferior quaerit quod superior occulit. Syr. 820.
potenti irasci sibi periclum est quaerere. „ 378.
.... vestigia terrent
omnia te advorsum spectantia, nulla retrorsum. Hor. ep. 1, 1, 74.
quidquid id est timeo Danaos et dona ferentes. Verg. Aen. 2, 49.

Gefahr macht listig und mutig.

homo in periclum simulac venit callidus
reperire effugium quaerit alterius malo. Phaedr. 4, 9, *1.
in dubiis rebus audentior fit homo. Amm. Marc. 15, 5, 31.
cui ultima est fortuna, quis dubiam timet? Sen. Agam. 146.
contemptum periculorum assiduitas dabit.
Sen. cur bon. vir. mal. fi. 4.

---

res quanto est maior tanto est insidiosior. Syr. 451.
nunquam periclum sine periclo vincitur. „ 342.
saepe ad retinendam vitam prosunt ipsa pericula. Quint. decl. 292.
magno conficitur discrimine res memoranda. 938, 28 ed. Meyer.
periculosum est ostendere civitati, quanto plures mali sint.
Sen. de clem. 1, 22.

multum in rebus tumultuosis anteversio valet et praegressus. Amm. Marc. 21, 5, 13.

in rebus asperis et tenuibus fortissima quaeque consilia tutissima sunt. Liv. 25, 28.

Gefallen.

non quam multis placeas sed qualibus, stude. Syr. 668.

multis si tua vita placuit tibi placere non potest. „ 528.

plus palma est illos inter voluisse placere,
inter quos minor est displicuisse pudor. Rutil. Namat. 1, 505.

non placet ille mihi quisquis placuit sibi multum. 938, 11 ed. Meyer.

qui ipsus sibi satis placet, nec probus est nec frugi bonae;
qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriae. Plaut. Trin. 2, 2, 44.

minus placet quod consuadetur, quod dissuadetur placet. Plaut. Trin. 670.

non omnibus unum est | quod placet. Petr. fr. 35.

omnia nostra dum nascuntur placent. Quint. 10, 3, 7.

maximo periclo custoditur quod multis placet. Syr. 524.

Gegenseitig.

caedimus inque vicem praebemus crura sagittis. Pers. 4, 42.

Gegenwart.

non praeterita sed praesens aspicienda est fortuna. Phaedr. app. 29, 1.

non qui fuerimus sed qui nunc simus vide. „ „ 29, 10.

non quod adest praesto, nisi quid cognovimus ante
suavius, in primis placet et pollere videtur,
posteriorque fere melior res illa reperta
perdit et immutat sensus ad pristina quaeque. Lucr. 5, 1410.

praesens tempus brevissimum est. Sen. de brev. vit. 10.

solum ad occupatos praesens pertinet tempus. ibid.

anguste fructus rerum determinat qui tantum praesentibus laetus est. Sen. ep. 99.

praesentia invidia, praeterita veneratione persequimur. Vell. Pat. 2, 92.

Gehorchen.

qui bene imperat paruerit aliquando necesse est et qui modeste paret videtur qui aliquando imperet dignus esse. Cic. de leg. 3, 2, 5.

non omnibus imperiis parendum est. Sen. contr. 1, 1.

foro pare! Dion. Cat. sent. 6.

Geist (Seele).

certus index cuiusque animus est. Apul. de mag. p. 329.

non potest alius esse animo, alius ingenio color. Sen. ep. 114.

non est huius animus in recto cuius acta discordant. Sen. ep. 34.
hominis anima est corporis domina. Apul. de phil. nat. p. 52.
. . . . . nil non mortale tenemus
pectoris exceptis ingeniique bonis. Ov. trist. 3, 7, 41.
marmora Maeonii vincunt monumenta libelli,
vivitur ingenio, cetera mortis erunt. Verg. No. 109, 37. ed. Meyer.
animus incorruptus aeternus rector humani generis agit atque habet cuncta neque ipse habetur. Sall. Jug. 2.
sursum vocant animum initia sua. Sen. ep. 79.
habet hoc in se generosus animus quod concitatur ad honesta. Sen. ep. 39.
neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida. Sen. ep. 39.
nunquam magnis ingeniis cara in corpore mora est. Sen. ad Marc. 23.
vita subit caelum, corpus tellure tenetur;
omnia sic repetunt iura locosque suos. No. 1275, 3 ed. Meyer.
natura contumax est humanus animus et in contrarium atque arduum nitens, sequiturque facilius quam ducitur. Sen. de clem. 1, 24.
temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur, et frigescunt impetus mentium quos non explicant ministeria membrorum. Quint. decl. 1, 6.

Geiz (Habsucht).

nihil est tam angusti animi tamque parvi quam amare divitias. Cic. pro Quinct. 6, 26.
nullum vitium taetrius est avaritia. Cic. off. 2, 22, 77.

Der Geizige hat nie genug.

crescentem sequitur cura pecuniam
maiorumque fames. Hor. od. 3, 16, 18.
avarum irritat non satiat pecunia. Syr. 560.
avarus animus nullo satiatur lucro. „ 37.
semper avarus eget: certum voto pete finem. Hor. ep. 1, 2, 56.
tam deest avaro quod habet quam quod non habet. Syr. 486.
avaritia neque copia neque inopia minuitur. Sall. Cat. 11.
qui multum habet plus cupit. Sen. ep. 119.
crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Juv. 14, 139.
inopiae desunt pauca, avaritiae omnia. Sen. ep. 108.
luxuriae desunt multa, avaritiae omnia. Sen. contr. 7, 3.
. . . . multa petentibus
desunt multa. Hor. od. 3, 16, 42.
avaritia senilis quid sibi velit non intellego. Cic. Cat. 18, 66.

Der Geizige gönnt sich nichts.

varos circumfluit | usus bonorum, sed nil possunt tangere. Phaedr. app. 5, 8.

nullum avarus bonus est, in se pessimus. Syr. 224.

ulla avaritia sine poena est quamvis satis sit ipsa poenarum. Sen. ep. 115.

varus ipse miseriae causa est suae. Syr. 38.

varus etiam quod superest non libenter dat. Phaedr. app. 1, 1.

egandi causa avaro nunquam deficit. Syr. 314.

tere quaesitis opibus, fuge nomen avari:
uid tibi divitiae prosunt si pauper abundas? Dion. Cat. 4, 16.

Geiz ist eine Wurzel alles Uebels.

varitia omnia vitia habet. Cato ap. Gell. 11, 2.

ihil nefas est avaritiae. Curt. 4, 10, 18.

varitia hominem ad quodvis maleficium impellit. Cic. ad Her. 2, 22, 34.

ullum est officium tam sanctum atque sollemne quod non avaritia comminuere atque violare soleat. Cic. pro Quinct. 6, 26.

---

avaro quid mali optes nisi ut vivat diu? Syr. 34.

avarum facile capias ubi non sis idem. „ 36.

avarus nisi cum moritur nil recte facit. „ 39.

cum das avaro praemium, ut noceat rogas. „ 108.

avarus damno potius quam sapiens dolet. „ 561.

avaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries. Cic. de orat. 2, 40, 171.

Geld (Reichtum, Vermögen).

Geld macht nicht glücklich, noch gut.

non fit thesauris non auro pectu' solutum. Varr. 42 ed. Meyer.

aurum fortuna invenitur, natura ingenium bonum. Plaut. Poen. 1, 2, 92.

tolle usum: quid est pecunia? Quint. decl. 260.

neminem pecunia divitem fecit. Sen. ep. 119.

ereptis opibus nolito flere querendo,
sed gaude potius tibi cum contingit habere. Dion. Cat. 4, 35.

virtus quaerendae rei finem scire modumque;
virtus divitiis pretium persolvere posse. Lucil. ap. Lact. inst. div. 6, 5, 2.

non possidentem multa vocaveris
recte beatum. Hor. od. 4, 9, 45.

repente dives *nemo factus est* bonus. Syr. 449.

opes invisae merito sunt forti viro. Phaedr. 4, 12, 1.
... misera est magni custodia census. Juv. 14, 304.

---

amor ingenii neminem unquam divitem fecit. Petr. 83.
infirmi animi est non posse divitias pati. Syr. 611.
aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum
finge deo! Sen. ep. 18.
animus est qui divites facit. Sen. ad Helv. 11
divitiae trepidant, paupertas libera res est. 938, 22 ed. Meyer.
despice divitias si vis animo esse beatus;
quas qui suspiciunt mendicant semper avari. Dion. Cat. 4, 1.
immodicae divitiae facilius mergunt quam regunt.
Apul. de mag. p. 267.
nimiae opes magnae iacturae locum faciunt. Curt. 4, 11.

Wer ist reich?

locuples is est qui paupertati suae aptus est et parvo se divitem fecit.
Sen. ep. 108.
brevissima ad divitias per contemptum divitiarum via est.
Sen. ep. 62.
magnae divitiae sunt: lege naturae composita paupertas.
Sen. ep. 4.
in animo non in patrimonio sunt divitiae. Sen. ep. 108.
divitiarum modus est primus: habere quod necesse est, proximus: quod sat est. Sen. ep. 2.
quis plurimum habet? is qui omnium minimum cupit. Syr. 721.
quod si quis vera vitam ratione gubernet
divitiae grandes homini sunt vivere parce
aequo animo. Lucr. 5, 1115.
locupletem facit non multa possidere sed modica desiderare.
Val. Max. 4, 3, 6.
amplissimae divitiae sunt feliciter erogatis beneficiis late posse censeri.
Val. Max. 5, 2. ext. 4.

Geld stiftet viel Unheil.

tolle pecuniam: bella sustuleris. Quint. decl. 321.
ex quo pecunia in honore esse coepit, verus rerum honor cecidit.
Sen. ep. 115.
...... dat census honores
census amicitias, pauper ubique iacet. Ov. fast. 1, 1, 217.
auro pulsa fides, auro venalia iura;
aurum lex sequitur, mox sine lege pudor. Prop. 4, 12, 49.
odi ego aurum: multa multis saepe suasit perperam.
Plaut. Capt. 328.

ex pecuniae cupiditate factiones dissentionesque nascuntur.
Caes. de b. gall. 6, 22.
abducuntur homines etiam ab institutis suis magnitudine pecuniae.
Cic. Verr. 4, 6, 12.
spernendae opes auctoramenta sunt servitutum. Sen. ep. 104.
opes irritamenta malorum. Ov. met. 1, 140.
multis parasse divitias non finis miseriarum fuit sed mutatio.
Sen. ep. 17.
non est quod putes omnibus divitias convenire; nihil est insolentius novitio divite. Sen. contr. 2, 1.
habent hoc deliciae divitum: malunt quaerere omnia contra naturam.
Quint. decl. 298.

Geld vermag alles.

aurum per medios ire satellites
et perrumpere amat saxa potentius
ictu fulmineo. Hor. od. 3, 16, 9.
ecqui fuerit persibus cum argenti adest oratio? Naev. ap. Fest. p. 217.
pecuniae cunctae sunt difficultates perviae. Apul. met. p. 177.
pecunia omnia effici potest. Cic. Verr. 2, 3, 63.
nihil tam munitum est quod non expugnari pecunia possit.
Cic. Verr. 1, 2, 4.

Wert und Verwendung des Geldes.

pecunia ingens generis humani bonum. Sen. ep. 115.
pecunia una regimen est rerum omnium. Syr. 364.
sine me vocari pessimum ut dives vocer. Sen. ep. 115.
an dives, omnes quaerimus, nemo, an bonus. ibid.
non quare et unde: quid habeant, omnes rogant. ibid.
aut dives opto vivere aut pauper mori. ibid.
ubique tanti quisque quantum habuit fuit. ibid.
quantum quisque sua nummorum possidet arca
tantum habet et fidei. Juv. 3, 143.
dilige denarium! Dion. Cat. 4, 4.
divitias et opes facilius invenies qui vituperet quam qui fastidiat.
Tac. orat. 8.
vis fieri dives? nil cogitando tibi addas sed aliis demas.
Varr. sent. 97.
gravius est spoliari fortunis quam non augeri dignitate.
Cic. Planc. 9, 22.
tam malumst habere nummos, non habere quam malumst.
Flor. ed. Luc. Mueller p. 29.
quisquis habet nummos, secura naviget aura
fortunamque suo temperet arbitrio. Petr. 137.

omnes victores divitias contemserunt et victi cupiverunt.
Sall. ad Caes. de ord. rep. 1, 7.
tunc est tormentum carere divitiis, cum illas iam senseris.
Sen. contr. 1, 6.
is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget. Sen. ep. 14.
ibidem divitiarum cupido est ubi et usus. Just. 2, 2.
cum fueris locuples, corpus curare memento:
aeger dives habet nummos, se non habet ipsum. Dion. Cat. 4, 5.
pecunia melius poni non potest quam ubi foenus bonitatis extenditur.
Quint. decl. 9, 16.
quid tibi pecunia opus est si ea uti non potes? Syr. 419.
bona quae veniunt nisi sustineantur opprimunt. „ 363.
usus pecuniae non eius magnitudine sed ratione metiendus est.
Nep. Att. 14.
pecunia est ancilla, si scis uti; si nescis, domina est. Syr. 796.
imperat aut servit collecta pecunia cuique. Hor. ep. 1, 10, 47.
pecuniae imperare oportet non servire. Syr. 687.
bona imperante animo fiet pecunia. „ 562.
opes quamvis modicae si bono custodi traditae sunt, usu crescunt.
Sen. de brev. vit. 1.

Reichtum geht leicht verloren.

divitiarum et formae gloria fluxa et fragilis est; virtus clara aeternaque habetur. Sall. Cat. 1.
multa saepe et locupletibus accidunt, saepe in imum summa decidunt.
Quint. decl. 9, 17.

---

eo vultu dimittendae sunt divitiae quo accipiendae. Varr. sent. 37.
nemo nascitur dives. Sen. ep. 20.
dives qui fieri vult et cito vult fieri. Juv. 14, 176.
... opulenti cum locuntur pariter atque ignobiles
eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet.
Enn. ap. Gell. 11, 4.
... si opulentus it petitum pauperioris gratiam,
pauper metuit congredi. Plaut. Aul. 2, 2, 69.
fortuna non mutat genus. Hor. epod. 4, 6.
non ad inferos servata per vitam fortuna persequitur. Quint. decl. 260.

Gelegenheit.

hominem etiam frugi flectit saepe occasio. Syr. 190.
quoi quid vindicandum est, omnis optima ei occasio est. „ 540.

Ergreife die Gelegenheit!

quam primum rapienda tibi est occasio prima,
ne rursus quaeras quam iam neglexeris ante. Dion. Cat. 4, 45.

ɔi quam nosces aptam dimittere noli:
capillata est, post haec occasio calva. Dion. Cat. 2, 26.
ntum praesentis sed etiam vigilantis est occasionem observare
erantem. Sen. ep. 22.
ccasionis momento cuius praeter volat opportunitas cunctatus
um fueris, nequiquam mox omissam quaeras. Liv. 25, 38.
est ubi occasio admonet dispicere. Plaut. Pers. 2, 3, 19.
rerum brevis est. Phaedr. 5, 8, 5.
ando saepe perit occasio. Syr. 115.
aegre offertur, facile amittitur. „ 346.
receptus difficiles habet. „ 347.
fugiundi si datast occasio,
st; post illam nunquam possis prendere. Plaut. Capt. 117.

Geniefsen.

ɿuaesitis sed ne videaris abuti:
a consumunt cum deest aliena secuntur. Dion. Cat. 3, 20.
fruere: mobili cursu fugit. Sen. Hipp. 447.
ıet aetatis specie dum floreat uti,
ıni spinam cum cecidere rosae. Ov. fast. 5, 358.
ıtrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet. Quint. decl. 14, 8.
is voluptatibus crescit carendi dolor. Plin. ep. 8, 5, 2.

Genügsamkeit (Zufriedenheit).

tum suis rebus esse maximae sunt certissimaeque divitiae.
Cic. parad. 6, 3, 51.
;o ut quisque minimo contentus fuit,
tunatam vitam duxit maxime.
Sext. Turp. ap. Prisc. de metr. p. 88. R.
ɔda naturae nullo tibi tempore desunt,
is contentus eo quod postulat usus. Dion. Cat. 4, 2.
· parvo bene cui paternum
et in mensa tenui salinum
ves somnos timor aut cupido
us aufert. Hor. od. 2, 16, 14.
ɔene est cui deus obtulit
quod satis est manu. Hor. od. 3, 16, 43.
sorte tua vives sapienter. Hor. ep. 1, 10, 44.
ibi et longe nomina magna fuge. Ov. trist. 3, 4, 3.
et in censu si non est quod fuit ante,
vas contentus eo quod tempora praebent. Dion. Cat. 3, 10.
in praesens animus quod ultra est
curare. Hor. od. 2, 16, 25.
n parva decent. Hor. ep. 1, 6, 44.

cui placet alterius sua nimirum est odio sors. Hor. ep. 1, 14, 11.
qui fit .... ut nemo quam sibi sortem
seu ratio dederit seu fors obiecerit illa
contentus vivat, laudet diversa sequentes? Hor. sat. 1, 1, 1.

Gerechtigkeit.

iustitia omnium est domina et regina virtutum. Cic. off. 3, 6, 28.

fundamentum perpetuae commendationis et famae est iustitia sine qua nihil potest esse laudabile. Cic. off. 2, 20, 71.

bono iustitiae proxima est severitas. Syr. 74.

iustitia sine prudentia multum poterit, sine iustitia nihil valebit prudentia. Cic. off. 2, 9, 34.

elatio animi si iustitia vacat in vitio est. „ „ 1, 19, 62.

sine iustitia non solum respublica sed nec exiguus hominum coetus nec domus quidem parva constabit. Macr. in somn. Scip. 1, 1.

illud stude agere quod iustum est. Dion. Cat. sent. 55.

meminerimus etiam adversus infimos iustitiam esse servandam. Cic. off. 1, 13, 41.

iusto esse facile est cui vacat pectus metu. Sen. Oct. 444.

iustitia in suo cuique tribuendo cernitur. Cic. fin. 5, 23, 67.

illa sola iusta est multitudo cuius universitas in legum consentit obsequium. Macr. in somn. Scip. 1, 8.

si quis vitiorum omnium inimicus rectum iter vitae coepit insistere, primum propter morum differentiam odium habet. Petr. 84.

discite iustitiam moniti et non temnere divos. Verg. Aen. 6, 620.

contra hominem iustum prave contendere noli:
semper enim deus iniustas ulciscitur iras. Dion. Cat. 4, 34.

Geruch.

optimus odor in corpore est nullus. Sen. ep. 108.

odorem qui gerit ipse non sentit. Plin. n. h. 13, 3, 20.

Geschäft.

omnia hominum negotia similia initiis sunt. Sen. de tranq. an. 15.

Geschehen (Tat).

infecta quemadmodum possunt esse quae facta sunt! Calp. Flacc. decl. 21.

non omnia quae fieri potuerunt pro factis habenda. Apul. de mag. p. 329.

sunt facta verbis difficiliora. Cic. ad Quint. fr. 1, 4, 5.

res plus valet quam verba. Sall. hist. fragm. 3.

ubi rerum testimonia adsint, quid opus est verbis. Cic. decl. in Sall. 4.

qui multa agit saepe fortunae potestatem sui facit. Sen. de tranq. an. 13.

fac quod te par sit non alter quod mereatur. 938, 24 ed. Meyer.

Geschichte.

historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis. Cic. de orat. 2, 9, 36.

nescire quid antequam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. Cic. orat. 34, 120.

praecipuum munus annalium est ne virtutes sileantur utque pravis dictis factisque ex posteritate et infamia metus sit. Tac. ann. 3, 65.

eius qui vitas aliorum scribere orditur officium est, digna cognitione perscribere. Capit. Macr. 1, p. 746.

historia non adsentationi sed fidei veritatique componitur. Tac. ann. 7, 17.

non debet historia egredi veritatem et honeste factis veritas sufficit. Plin. ep. 7, 33, 10.

nihil est in historia pura et inlustri brevitate dulcius. Cic. Brut. 75, 262.

Geschlecht.

omnes si ad originem primam revocantur a dis sunt. Sen. ep. 44.

qui bono sunt genere nati si sunt ingenio malo,
suapte culpa damnum capiunt, genus ingenio quom improbant. Plaut. merc. 5, 4, 8.

Gesetz.

legem brevem esse oportet quo facilius ab imperitis teneatur. Sen. ep. 94.

tantum legibus severitatis addendum est quantum flagitia creverunt. Symmach. 11, 13.

melior durae violentia legis. Stat. Theb. 8, 60.

nulla lex satis commoda omnibus est. Liv. 34, 3.

habet suam quisque legem. Quint. decl. 341.

semper potentior lex est quae vetat quam quae permittit. Quint. decl. 374.

Veranlassung der Gesetze.

principio rerum populus nullis legibus tenebatur; arbitria principum pro legibus erant. Just. 1, 1.

leges primo rudibus hominum ingeniis simplices erant. Tac. 3. 26.

ideo leges in facta constituuntur quia futura in incerto sunt. Tac. ann. 3, 69.

leges egregiae, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gignuntur. Tac. ann. 15, 20.

bonae leges ex malis moribus procreantur. Macr. sat. 2, 13.

postquam subrepentibus vitiis in tyrannidem regna versa sunt, opus esse *coepit legibus.* Sen. ep. 90.

Zweck.

leges ad mansuefaciendos homines sunt inventae.
Apul. de mundo p. 141.

constat profecto ad salutem civium civitatumque incolumitatem vitamque hominum quietam et beatam conditas esse leges.
Cic. de leg. 2, 5, 11.

omnes leges ad commodum reipublicae referre oportet et eas ex utilitate communi interpretari. Cic. de inv. 1, 38, 68.

nos ideo magistratus legesque a maioribus nostris accepimus ne sui quisque doloris vindex sit. Quint. decl. 13, 11.

legum ministri magistratus, legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes servi sumus ut liberi esse possimus.
Cic. pro. Cluent. 53, 146.

vitiorum emendatricem legem esse oportet commendatricemque virtutum. Cic. de leg. 1, 22, 58.

Die Gesetzgebung ist nie vollkommen.

non omnes casus providere legum latores potuerunt.
Quint. decl. 274.

nulla tanta providentia potuit esse eorum qui leges componebant ut species criminum complecterentur. Quint. decl. 331.

---

patere legem quam ipse tuleris. Dion. Cat. sent. 53.

pareto legi quisquis legem sanxeris. Pitt. ap. Auson. p. 148 ed. Bip.

nulla lex scelus imperat. Sen. contr. 6, 2.

non est istud turpe quod lex permittit. Quint. decl. 279.

in omnibus legibus solam spectari oportet scribentis voluntatem.
Quint. decl. 317.

nullum manifestius improbae optionis argumentum est quam vim legi adhibere. Quint. decl. 306.

obsistunt homines legibus, meritis capiuntur. Phaedr. 3, 15, 20.

arma vincunt leges. Sen. Herc. 401.

legem solet obliviscier iracundia. Syr. 252.

legem nocens veretur, fortunam innocens. „ 251.

male est extra legem viventibus; quidquid meruerunt semper exspectant.
Petr. 125.

sibi primum auxilium eripere est leges tollere. Syr. 468.

ibi pote valere populus ubi leges valent. „ 204.

mens et animus et consilium civitatis posita sunt in legibus.
Cic. Cluent. 53, 146.

leges a victoribus dicuntur, accipiuntur a victis. Curt. 4, 5, 7.

unam tollendo legem ceteras infirmetis. Liv. 34, 3.

usus est unus legum corrector. „ 45, 32.

quid leges sine moribus
vanae proficiunt? Hor. od. 3, 24, 35.
locis remotis qui latet lex est sibi. Syr. 259.
lex universi est quae iubet nasci et mori. „ 255.

Gesundheit.

habenda est ratio valetudinis. Cic. Cat. 11, 36.
pars sanitatis velle sanari fuit. Sen. Hipp. 250.
prima pars sanitatis est ut libenter accipias remedium. Quint. decl. 14, 8.
non est vivere sed valere vita est. Mart. 6, 70, 15.
orandum est ut sit mens sana in corpore sano. Juv. 11, 356.
bonae valetudinis quasi quaedam mater est frugalitas. Val. Max. 2, 5, 6.
fortius ut valeas, interdum parcior esto:
pauca voluptati debentur, plura saluti. Dion. Cat. 2, 28.

Gewalt.

vis consili expers mole ruit sua,
vim temperatam di quoque provehunt
in maius. Hor. od. 3, 4, 65.
obsequio mitigantur imperia; ubi vero reverentia excessit animis, vi opus est ut vim repellamus. Curt. 8, 8, 8.
circumretit enim vis atque iniuria quemque,
atque unde exortast ad eum plerumque revertit. Lucr. 5, 1150.

Gewissen.

. . . . . hic murus aheneus esto:
nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Hor. ep. 1, 1, 60.
conscia mens recti famae mendacia ridet. Ov. fast. 4, 311.
a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. Cic. ad Att. 13, 20, 4.
bona conscientia illud ducit eximium quod ipsa susceperit. Front. pro Sev. 3.
nullum theatrum virtuti conscientia maius est. Cic. Tusc. 2, 26, 64.
magna vis est conscientiae. Cic. Mil. 23, 61.
conscientiae potius quam famae attenderis. Syr. 570.
aliter deorum numini subiecta uniuscuiusque conscientia est, aliter nostrae aestimationi. Sen. contr. 1, 2.
conscientia amici nullas invenit linguae preces. Syr. 504.

Vom bösen Gewissen.

nihil est miserius quam animus hominis conscius. Plaut. Most. 3, 1, 12.
tormentis omnibus conscientia gravior. Quint. decl. 12, 2, 6.
o tacitum tormentum animi conscientia! Syr. 352.

heu conscientia animi gravis est servitus. Syr. 604.
nullum maledictum est gravius conscientia. Phaedr. app. 25, 1.
cicatrix conscientiae pro vulnere est. Syr. 87.
nunquam secura est prava conscientia. „ 343.
tuta saepe, nunquam secura mala conscientia est. „ 813.
tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum. Sen. ep. 105.
gravis malae conscientiae lux est. „ „ 122.
scelerati conscientia obstrepente condormire non possunt, agitant eos furiae. Curt. 6, 9.
animi labes nec diuturnitate evanescere nec amnibus ullis elui potest. Cic. de leg. 2, 10, 24.
sua quemque fraus et suus terror maxime vexat. Cic. pro Rosc. Am. 24, 67.
turpe quid ausurus te sine teste time! Thal. ap. Auson. p. 149.
sine lege poenast animi conscientia. Syr. 843.

Gewohnheit.

bonarum rerum consuetudo est pessima. Syr. 70.
etiam bonum saepius obest adsuescere. „ 584.
consueta vitia ferimus non reprehendimus. „ 92.
aegre reprehendas quod sinas consuescere. „ 7.
quod male fers adsuesce; feres bene. multa vetustas lenit. Ov. a. a. 2, 647.
mala est voluptas alienis adsuescere. Syr. 629.
consuetudine diligentia minuitur quod plerumque accidit diuturnitate. Caes. de bello gall. 8, 12.
quod contra consuetudinem est nocet. Cels. 1, 3.

Die Macht der Gewohnheit.

nil adsuetudine maius. Ov. a. a. 2, 345.
gravissimum est imperium consuetudinis. Syr. 182.
ut est natura redditum, novitas per assiduam consuetudinem delectationem commendat. Apul. met. 5, 4.
consuetudo res fortis est. Flor. Virg. or. an poet. p. 107 ed. Halm.
optima vivendi ratio est eligenda: eam iucundam consuetudo reddet. Corn. ad Her. 4, 17, 24.
consuetudinis magna vis est. Cic. Tusc. 2, 17, 40.
in teneris consuescere multum est. Verg. georg. 2, 272.
consuetudo quasi altera natura. Cic. fin. 5, 25, 74.
continuatio et ipsa consuetudo idem quod modus aliubi efficit. Plin. n. h. 17, 2, 15.
consuetudo rebus affert constantiam. Sen. de tranq. an. 1.
consuetudo concinnat amorem. Lucr. 4, 1275.

› est mutare animum et si quid est penitus insitum moribus ere. Cic. ad Quint. 1, 2, 1.

ı potius quam corrigas quae in pravum induruerunt. Quint. 1, 3, 12.

Glaube (leichtgläubig).

nemo unquam perdidit nisi qui non habet. Syr. 159.

qui perdit perdere ultra nil potest. „ 160.

qui perdit quo se servat relicuo? „ 161.

t anima unde abiit eo nunquam redit. „ 162.

---

sapientum proditori credidit. Syr. 675.

non est fides adhibenda. Phaedr. app. 30, 1.

ıuae credita laedunt credimus. Ov. Her. 2, 9.

rolumus et credimus libenter et quae sentimus ipsi reliquos re speramus. Caes. de b. civ. 2, 27.

ıviti audimus libenter credimus. Sen. de ira 2, 22.

quod nimis miseri volunt,
ile credunt. Sen. Herc. fur. 313.

quidquam facile credit quo credito dolendum sit. Sen. contr. 5, 2.

Wie ist es mit dem Glauben zu halten?

omnibus quam singulis creditur. Plin. pan. 62, 9.

ıue vitium est: et omnibus credere et nulli. Sen. ep. 3.

ıtque artus sunt sapientiae: non temere credere. Cic. pet. cons. 10.

ımere credideris! Dion. Cat. sent. 31.

quaedam referenti credere semper:
iis tribuenda fides qui multa locuntur. Dion. Cat. 2, 20.

ım recte faciet qui cito credit, utique homo negotians. Petr. 43.

tas semper mater deceptionum est. Fulg. myth. 3, 6.

ım mali credulitas facit. Sen. de ira 2, 24.

nentis optime creditur. Plin. n. h. 17, 2, 24.

que creditur eis qui experti sunt. Cic. top. 19, 74.

ıolet magnis rebus inesse fides. Ov. her. 17, 130.

vitium credula turba sumus. Ov. fast. 4, 312.

qui vult torqueri diu non creditur nec verum dicenti. Quint. decl. 7, 8.

Gleich und gleich.

ıit celeriter similitudo ut fere fit malum malo aptissumum. Liv. 1, 46, 6.

pares cum paribus facillime congregantur. Cic. Cat. 3, 7.
paria a similibus non abhorrent. Apul. de phil. nat. p. 71.
firmissima est inter pares amicitia; inter dominum et servum nulla est amicitia. Curt. 7, 8, 28.
in plano tua sit semper fortuna paresque
noveris: ex alto magna ruina venit.
non bene cum parvis iunguntur grandia rebus;
stantia namque premunt, praecipitata ruunt. anon. No. 909 ed. Meyer.

---

si paria peccata, pares etiam laudes. Plin. ep. 8, 2, 2.
leves inter paria ictus sunt. Sen. de clem. 1, 7.

Gleiches mit gleichem.

ferum feroci contundendum imperiost, saevum saeviter.
Att. ap. Non. 511, 3.
virtus id dare quod re ipsa debetur honori;
hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
contra defensorem hominum morumque bonorum.
Lucil. ap. Lact. inst. div. 6, 5, 2.

Gleichgültig.

quidquid domi est, vile est. Sen. ben. 3, 3.

Gleichmut.

in animi securitate vitam beatam ponimus.
Cic. de nat. deor. 1, 20, 53.
aequam memento rebus in arduis
servare mentem. Hor. od. 2, 3, 1.
nihil tam acerbum in quo non aequus animus solatium inveniat.
Sen. de tranq. 10.
aequo animo excipe necessaria. Sen. ep. 99.
nil admirari fere res est una ....
solaque quae possit facere et servare beatum. Hor. ep. 1, 6, 2.
quod fors feret, feremus aequo animo. Ter. Phorm. 1, 2, 88.
medicina calamitatis est aequanimitas. Syr. 286.
ferendum est aequo animo quidquid acciderit. Phaedr. app. 19, 1.
animus aequos optumumst aerumnae condimentum. Plaut. Rud. 402
rapuit vires pondusque malis
casus animo qui tulit aequo. Sen. Herc. Oet. 232
aequabilitas vitae tum habet sensum cum ex saevis et perditis rebu[s] ad meliorem statum fortuna revocatur.
Cic. ap. Amm. Marc. 15, 1, 2[?]
mens viri fortis sibi constat, utrum
serius leti citiusve tristis
advolat aura. Hor. 114 ed. Meye[r]

sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. Hor. od. 2, 10, 13.

Glied.

nullum habile membrum est quod corpori par est.
Sen. contr. 3 prooem.

Glück.

Wer ist glücklich?

beatus ille qui procul negotiis
paterna rura bobus exercet suis. Hor. epod. 2, 1.

felix est non qui videtur esse aliis sed qui sibi. Syr. 782.

nondum felix es si nondum turba te deriserit. „ 531.

est demum vera felicitas, felicitate dignum videri.
Plin. pan. 74, 1.

felicitatis est quantum velis posse. „ „ 60, 4.

nullum est felicitatis specimen quam semper omnis scire cupere qualis fuerit aliquis. Plin. n. h. 35, 2, 10.

is demum felix fuit cui et accipere lucem prospere et reddere placide contingit. Val. Max. 9, 12. prooem.

. . . . ultima semper
expectanda dies homini dicique beatus
ante obitum nemo supremaque funera debet. Ov. met. 3, 135.

tanto beatior es futurus quanto collectior. Apul. de mag. p. 269.

beatitudo est virtutum exoptatissimus fructus.
Apul. de phil. mor. p. 64.

non potest quisquam beate degere qui se tantum intuetur qui omnia ad utilitates suas convertit. Sen. ep. 48.

quid est felicius quam sibi cedere? Sen. ben. 3, 38.

ne forma quidem et vires beatum facere possunt; nihil horum non patitur vetustatem. Sen. ep. 31.

non est quod credas quenquam fieri aliena calamitate felicem.
Sen. ep. 94.

tunc beatum esse te iudica cum tibi ex te gaudium omne nascetur.
Sen. ep. 124.

beata vita est in recto certoque iudicio stabilita et immutabilis.
Sen. de beat. vit. 5.

idem est beate vivere et secundum naturam. „ „ „ „ 8.

bonum tunc habebis tuum cum intelliges infelicissimos esse felices.
Sen. ep. 124.

illa demum magna est felicitas quae arbitrio suo constitit.
Sen. suas. 1.

non est beatus, esse qui se non putat. Sen. ep. 9.

felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum; quibus qui non utitur felix esse nullo pacto potest. Amm. Marc. 21, 16, 3.

non est felicitas quae secum recipit miseriam; non ergo felicem faciunt divitiae. Varr. sent. 129.

felicitas et infelicitas ex comparatione non secundum se sunt; si nemo plus minusve alio possideat, iam haec nihil sunt; ex invidia igitur paupertatis nomen profectum. Varr. sent. 93.

nemo mortalium est felix; abunde agitur cum eo qui iure dici non infelix potest. Plin. n. h. 7, 40, 130.

is beatior est cui fortuna supervacua est quam cui parta est. Sen. ad Pol. 28.

minus intervalli a beato ad beatissimum restat quam a misero ad beatum. Sen. ep. 92.

nulla est profecto solida felicitas quam contumelia ulla vitae rumpit. Plin. n. h. 7, 44, 146.

metu ne lassescat fortuna semel recepto solida felicitas non est. Plin. n. h. 7, 40, 130.

. . . . . . nulla est sincera voluptas
sollicitumque aliquid laetis intervenit. Ov. met. 7, 454.

miserrima est fortuna quae inimico caret. Syr. 294.

nihil est ab omni parte beatum. Hor. od. 2, 16, 27.

Wie soll man sich gegen das Glück verhalten?

. . . . bene ferre magnam
disce fortunam. Hor. od. 3, 27, 74.

dum licet in rebus iucundis vive beatus. Hor. sat. 2, 6, 96.

. . . . omnes quum secundae res sunt maxumae tum maxume
meditari secum oportet quo pacto adversam fortunam ferant. Ter. Phorm. 2, 1, 12.

fortuna cum blanditur captatum venit. Syr. 164.

magnam fortunam magnus etiam animus decet. „ 627.

facilius est adversam quam secundam regere fortunam. Curt. 10, 2, 22.

utile est ad usum secundorum per adversa venisse. Plin. pan. 44, 1.

fortuna a deo petenda, a se ipso sumenda est sapientia. Cic. de nat. deor. 3, 36, 88.

in secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet nec praesenti cedere fortunae cum quid vesper ferat incertum sit. is demum vir erit cuius animum neque prospera flatu suo efferet nec adversa infringet. Liv. 45, 8

neque secundarum rerum proventu insolenter abuti neque adversis praepropere debilitari oportet. Val. Max. 8, 1. abs. 3

›dum imponere secundis rebus nec nimis credere serenitati praesentis fortunae prudentis hominis et merito felicis est. Liv. 42, 62.

ıisquis secundis rebus exsultat nimis
ıitque luxu, semper insolita adpetit. Sen. Hipp. 205.

n laeta extollant animum, non tristia frangant. 938, 2 ed. Meyer.

ınera deum gloriosissima nequaquam aspernanda: quae tamen ab ipsis tribui sueta, multis volentibus non obtingunt.
Apul. de mag. p. 252.

rtunam reverenter habe quicunque repente
ves ab exili progrediere loco. Auson. ep. 8, 7.

ıc sequi nec fugere fortunam decet, si modo non obsit magis quam non noceat. Varr. sent. 18.

ıperabis regibus si imperes fortunae; qui scies? contemne ipsam!
Varr. sent. 82.

licitatis et moderationis dividuum contubernium est.
Val. Max. 9, 5. ext. 3.

ıcile est momento quo quis velit cedere possessione magnae fortunae; facere et parare eam difficile atque arduum est. Liv. 24, 22.

on est magnum rebus prosperis fortem se gerere, ubi secundo cursu vita procedit. Sen. ad Marc. 5.

ıagna servitus est magna fortuna. Sen. ad Pol. 26.

aud quaquam utile est homini nato res prosperas perpetuo evenire; fortunae variae magis tutae. Fronto ad M. Ant. de b. Parth. § 7.

ıptatissimum est perpetuo fortunam quam florentissimam permanere.
Cic. ap. Amm. Marc. 15, 5, 23.

ortunam velut tunicam magis concinnam quam longam probo.
Apul. de mag. p. 267.

Wie wird das Glück genannt?

ortuna est caeca. Stat. silv. 2, 6, 8.

ortuna non solum ipsa caeca est sed eos etiam plerumque efficit caecos quos complexa est. Cic. Lael. 15, 54.

aeca et prorsus exoculata est fortuna. Apul. met. p. 126.

ım sis incautus nec rem ratione gubernes,
oli fortunam quae non est dicere caecam. Dion. Cat. 4, 3.

ortuna immoderata in bono aeque atque in malo.
Laber. 113. p. 252. ed. Ribb.

ortuna interdum praeter spem hominibus favet.
Phaedr. app. 14, 1.

ortuna vitrea est, tum cum splendet frangitur. Syr. 171.

on semper aurem facilem praebet felicitas. „ 339.

ne pedibus est fortuna quae manus et pinnas tantum habet.
Curt. 7, 8, 25.

non sane laudabilis ista „rudentibus apta fortuna".
Laco ap. Cic. Tusc. 5, 14, 40.

Vom Wechsel des Glücks.

fortuna saevo laeta negotio et
ludum insolentem ludere pertinax
transmutat incertos honores
nunc mihi nunc alii benigna. Hor. od. 3, 29, 49.
passibus ambiguis fortuna volubilis errat
et manet in nullo certa tenaxque loco. Ov. trist. 5, 8, 15.
brevis est magni fortuna favoris. Sil. Ital. 4, 734.
fortunam citius reperias quam retineas. Syr. 166.
fortuna dat multa usu, mancipio nihil. „ 593.
levis est fortuna: cito reposcit quod dedit. „ 253.
plures tegit fortuna quam tutos facit. „ 373.
res inquieta in se ipsam est felicitas. „ 732.
submittit se quae se erigit felicitas. „ 755.
homines fortunam suam nimis onerando fatigant. Just. 12, 8.
fortuna plerumque eos quos plurimis beneficiis ornavit ad duriorem casum reservat. Caes. de bell. Alex. 25.
tanto brevius omne quanto felicius tempus. Plin. ep. 8, 14, 10.
omnia munera a fortuna cum dantur, ab ea facillime adimuntur; disciplinae vero coniunctae cum animis nullo tempore deficiunt sed permanent stabiliter ad summum exitum vitae.
Vitr. 6 prooem. 3.
. . . . . non ulla perenni
amplexu fortuna fovet. Sil. Ital. 7, 244.
maximae cuique fortunae minime credendum est. Liv. 30, 30.
. . . . nulli
praestat velox fortuna fidem. Sen. Hipp. 1143.
nulli fortuna tam dedita est ut multa tentanti ubique respondeat.
Sen. de ira 3, 6.
non fert ullum ictum illaesa felicitas. Sen. cur bon. vir. mal. fi. 2.
maxima quaeque bona sollicita sunt nec ulli fortunae minus bene quam optimae creditur. Sen. de brev. vit. 17.
in secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat.
Sen. nat. qu. 3. praef.
omnis instabilis et incerta felicitas est. Sen. contr. 1, 1.
nulli fere et magna bona et diuturna contingunt; non durat nec ad ultimum exit nisi lenta felicitas. Sen. ad Marc. 12.
fragilis et caduca felicitas est et omnis fortunae blandientis speciosus cum periculo nitor. Sen. contr. 2, 1.
nulla certa felicitas est. ibid.

uivis beatus versa rota fortunae ante vesperum potest esse miserrimus. Amm. Marc. 26, 8, 13.

emini fortuna currum a carcere emissum intimo labi inoffensum per aequor candidum ad calcem sinit. Varr. No. 44 ed. Meyer.

fortuna potens at nimium levis,
antum iuris atrox quae tibi vindicas,
vertisque bonos, erigis improbos,
ec servare potes muneribus fidem. Sympos. No. 540 ed. Meyer.

ta nec in solido rerum fortuna favore est;
m minime credas, impulit illa rotam. anon. 920, 81. ed. Meyer.

tans casum metuas, speres prostratus et illum
uem colis in titulis miserum abiectumque tuere.
anon. 921 ed. Meyer.

ncerto ludit casu fortuna per orbem
t semper contra quae fugit atque redit. anon. 932, 65 ed. Meyer.

ubito fortuna suis muneribus invidere solet.
Calp. Flacc. decl. 41.

fortuna amica varietati respuit constantiam.
Cic. de nat. deor. 2, 16, 43.

varietas propria est fortunae. Cic. de div. 2, 53, 109.

solet fortuna fatigari; solet posteaquam nimium indulsit in fine deficere. Quint. decl. 271.

quum fueris felix quae sunt adversa caveto:
non simili cursu respondent ultima primis. Dion. Cat. 1, 18.

tranquillis rebus semper quae adversa timeto,
rursus in adversis melius sperare memento. „ „ 4, 26.

Eigentümlichkeiten des Glücks.

tristior indigniorque semper mensura calamitatum: magna felicitas.
Quint. decl. 8, 3.

est felicibus difficilis miseriarum vera aestimatio. „ „ 9, 6.

superbius aestimat miserias longa felicitas et alienum casum facile despicit securus sui. Quint. decl. 9, 17.

raro simul hominibus bona fortuna bonaque mens datur.
Liv. 30, 42.

felix se nescit amari. Luc. Phars. 7, 727.

felicitas nutrix est iracundiae. Syr. 590.

fortuna magna magna domino est servitus. „ 595.

felix improbitas optimorum est calamitas. „ 156.

fortuna nimium quem fovet stultum facit. „ 167.

secundae res sapientium animos fatigant. Sall. Cat. 11.

secundae res acrioribus stimulis animos explorant quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Tac. hist. 1, 15.

fortuna quos uni sibi credere coëgit magna ex parte avidos gloriae magis quam capaces facit. Curt. 4, 7, 29.
res secundae valent commutare naturam et raro quisquam erga sua bona satis cautus est. Curt. 10, 1, 40.
temerarium est secundis non esse contentum. Plin. ep. 4, 9, 10.
secundae res neglegentiam creant. Liv. 21, 51, 2 (23, 27, 3).
prospera animos efferunt. Sen. Agam. 252.
omnium calamitatum materia est homo diu felix. Calp. Flacc. decl. 8.
potestas in adversis nunquam est felicitas. Syr. 696.
nemo tam felix qui non aliqua poenitentia digna faciat, qui non subiectus sit errori. Quint. decl. 349.
nihil est tam contrarium rationi atque constantiae quam fortuna. Cic. de div. 2, 7, 18.
fortuna spondet multa multis, praestat nemini. Inscr. ap. Orell. 406.
nemo est cui felicitas sua etiamsi cursu venit satisfaciat. Sen. ep. 115.
fortuna multis dat nimis, satis nulli. Mart. 12, 10, 2.
nulla tam bona est fortuna de qua nil possis queri. Syr. 532.
fortuna obesse nulli contenta est semel. „ 168.
fortuna unde aliquid fregit, cassum penitus est. „ 172.
minimum eripit fortuna cum minimum dedit. „ 289.
nil eripit fortuna nisi quod et dedit. „ 657.
fortuna quo se eodem et inclinat favor. Syr. 169 (Just. 5, 1).
felicitas infelici innocentia est. Syr. 155.
perfacile felix quod vota impetrant facit. „ 688.
semper beatum se putat benignitas. „ 463.
irritare est calamitatem cum te felicem vocas. „ 521.
difficilius est temperare felicitati qua te non putes diu usurum. Tac. hist. 2, 47.
centum doctum hominum consilia sola haec devincit dea,
Fortuna. atque hoc verumst: proinde ut quisque fortuna utitur,
ita praecellet atque exinde sapere eum omnes dicimus.
Plaut. Pseud. 678.
ex hominum quaestu facta Fortuna est dea. Syr. 149.
multum in omnibus rebus tum in re militari potest fortuna. Caes. de bell. gall. 6, 30 (b. civ. 3, 68).
fortuna fortes metuit, ignavos premit. Sen. Med. 159.
deinde ne resistere quidem licet, cum coepit transversos agere felicitas. Sen. ep. 8.
res secundae mire sunt vitiis obtentui. Sall. ap. Sen. contr. 9, 1. (Liv. fr. 73.)

... nullos trepidum timere casus,
nec vano populi favore tangi
et stricto nihil aestuare ferro;
hoc quisquis poterit licebit illi:
fortunam moveat loco superbus. Pentad. No. 250 ed. Meyer.

non expedit concutere felicem statum. Sen. Oed. 832.

fortuna ubi malignitatis oblivisci sibi imperavit, non solum plurima ac maxima sed etiam perpetua bona congerit. Val. Max. 7, 1. prooem.

nulla tam modesta felicitas est quae malignitatis dentes vitare possit. Val. Max. 4, 7. ext. 2.

fortuna meliores sequitur. Sall. hist. fragm. 1, 51. p. 83. Kritz.

intolerabilis in magno ingenio felicitas est. Sen. suas. 6.

---

hominum multis fortuna sine flore est. Plin. n. h. 16, 25, 96.

solent fortunam sibi obici nolle qui se fortunae commiserunt. Cic. Verr. 5, 50, 132.

magna conscientia est felicitatem meruisse. Quint. decl. 9, 17.

Gold.

aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est:
quantum habeas tanti ipse sies tantique habearis.
Lucil. sat. fragm. inc. 16.

.... quid non mortalia pectora cogis,
auri sacra fames! Verg. Aen. 3, 56.

aurum aut daemonem qui habet non potest eum abscondere. Exc. de Odoacre 61.

materies vitiis aurum letale parandis;
auri caecus amor ducit in omne nefas. Rut. Nam. 1, 356.

saepe solent auro multa subesse mala. Tib. 1, 9, 18.

Gott.

Wesen der Gottheit.

est profecto deus qui quae nos gerimus auditque et videt. Plaut. capt. 313.

nihil rerum humanarum sine deorum numine geritur. Nep. Tim. 4.

mite et cognatum est homini deus. Sil. Ital. 4, 797.

prope est a te deus; tecum est, intus est. Sen. ep. 41.

nihil deo clusum est. „ „ 83.

nihil est quod deus efficere non possit. Cic. de div. 2, 41, 86.

omnium mortalium vitam divinum numen invisit. Sall. ad Caes. de ord. rep. 2, 12.

deus omnibus negotiis horisque interest. Plin. n. h. 28, 2, 27.

deorum numen rebus humanis etiam qua non adparet intervenit.
Quint. decl. 388.

colite, homines, innocentiam et nullam spem impunitatis ex secreto scelerum conceperitis; licet nulli hominum prospexerint oculi, licet nulla cuiusquam mortalium conscientia intervenerit — sub coelo tamen fecistis, erat illic potentior testis. Quint. decl. 314.

voluntas dei caret initio quae eadem est et ubique est sempiterna.
Apul. Herm. trism. p. 169.

nulla res est tam praestantibus viribus quae viduata dei auxilio sui natura contenta sit. Apul. de mundo p. 136.

placitum dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus.
Apul. Herm. trism. p. 154.

a diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.
Cic. de leg. 2, 3, 7.

nil ita sublime est supraque pericula tendit,
non sit ut inferius suppositumque deo. Ov. trist. 4, 8, 47.

omnia providentiae custodia gubernantur nec ullius mali causa deo poterit adscribi. Apul. de phil. nat. p. 51.

deus quaedam in universum dedit humano generi a quibus excluditur nemo. Sen. ben. 4, 28.

deum extra ictum sua divinitas posuit. „ „ 7, 7.

non facile sine deum opera humana propria sunt bona.
Att. ap. Non. 362, 2.

nunquam primi consilii deos poenitet. Sen. ben. 6, 23.

ea re praecedunt maxime dei hominibus quod nulla re ad usum sui indigent. Apul. de mag. p. 269.

---

deos non curare opinor quid agat humanum genus:
nam si curent, bene bonis sit, male malis, quod nunc abest.
Enn. ap. Cic. de div. 2, 50, 104.

contra felicem vix deus vires habet. Syr. 93.

habent et numina legem. Stat. silv. 3, 3, 53.

in praeteritum subvenire ne dii quidem possunt. Plin. pan. 40, 3.

Die Gottheit bestraft und belohnt.

at sperate deos memores fandi atque nefandi. Verg. Aen. 1, 543.

deorum iniuriae dis curae. Tac. ann. 1, 73.

deorum tela in impiorum mentibus figuntur.
Cic. de har. resp. 18, 39.

di lenti sed certi vindices. Sen. contr. 10 prooem.

providentia deum nihil impunitum nocentibus permittit.
Apul. met. p. 44.

aspiciunt oculis superi mortalia iustis. Ov. met. 13, 70.

deus alia exaltat, alia deprimit. Sen. nat. qu. 3 praef.

dei immortales quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci volunt, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedunt. Caes. de bell. gall. 1, 14.

ne dei quidem sunt auxilio eis qui se inconsulto in periculum mittunt. Corn. ad Her. 3, 5, 8.

plerumque fortunam mutaturus deus consilia corrumpit efficitque ut quod acciderit etiam merito accidisse videatur et casus in culpam transeat. Vell. 2, 118, 4.

dii neque propitii cuiquam esse solent neque irati. Cic. in Pis. 25, 59.

magna di curant, parva neglegunt. Cic. de nat. deor. 2, 66, 167.

di nos quasi pilas homines habent. Plaut. capt. 22.

quoi di sunt homini propitii, lucrum ei profecto obiciunt. Plaut. Curc. 531.

errorem labentium animorum placidi ac propitii di ferunt. Sen. ben. 7, 31.

Ueber die Verehrung der Götter.

tutissimum est timere nil praeter deum. Syr. 761.

deos nemo sanus timet. Sen. ben. 4, 19.

primus est deorum cultus deos credere. Sen. ep. 95.

optimum est deum quo auctore cuncta proveniunt sine murmuratione comitari. Sen. ep. 107.

deum sequere! Sen. de beat. vit. 15.

te totum caelestium arbitrio permitte! Val. Max. 7, 2. ext. 1.

deos supplica! Dion. Cat. sent. 1.

si deus est animus nobis ut carmina dicunt,
hic tibi praecipue sit pura mente colendus. Dion. Cat. 1, 1.

deo parere libertas est. Sen. de beat. vit. 15.

placeat homini quidquid deo placuit. Sen. ep. 74.

exsurge modo et te quoque dignum finge deo. „ „ 31.

deum colit qui novit. „ „ 95.

satis deos coluit quisquis imitatus est. „ „ 95.

dei ipsi non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia et sanctitate laetantur. Plin. pan. 3, 5. (Sen. ben. 1, 6.)

puras deus non plenas aspicit manus. Syr. 702.

ture deum placa, vitulus sine crescat aratro:
placari ne crede deum si caede litatur. Dion. Cat. 4, 38.

.... festis gaudemus et aris
turbaque caelestes ambitiosa sumus. Ov. fast. 5, 297.

diligentius dii *coluntur irati*. Sen. contr. 8, 1.

magis deos miseri quam beati colunt. Sen. contr. 8, 1.
munera etiam deos vincunt. Sen. nat. quaest. 4, 7.
qui non reverentur homines, fallunt deos. Curt. 7, 8, 29.
primus in orbe deos fecit timor. Petr. No. 145 ed. Meyer.
qui bona fide deos colit, amat et sacerdotes. Stat. silv. 5 prooem.

Die Götter verheimlichen den Menschen manches.

occultat utrorumque semina deus et plerumque bonorum malorumque causae sub diversa specie latent. Plin. pan. 5, 9.
non omnia deus oculis humanis nota fecit. Sen. nat. qu. 7, 30.
di revocant rerumque vetant cognoscere fines
mortaleis oculos. Sen. suas. 1.
quid deus intendat noli perquirere sorte:
quid statuat de te, sine te deliberat ipse. Dion. Cat. 2, 12.
divina consilia post terminum patent. Symmach. laud. in Val. 2, 16.
paucorum est intelligere quid celet deus. Syr. 360.
qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit.
Plaut. mil. glor. 736.

Wer ist den Göttern gleich?

par ille est superis cui pariter dies
et fortuna fuit. Sen. Herc. Oet. 104.
nihil est deo similius quam vir animo perfecte bonus.
Apul. de deo Socr. p. 114.

---

deos ridere credo cum felix vocat. Syr. 119.
heu nihil invitis fas quenquam fidere divis. Verg. Aen. 2, 402.
semperque magno constitit nasci deum. Sen. Herc. fur. 462.
deum honor principi non ante habetur quam agere inter homines desierit. Tac. ann. 15, 74.

Grabmal.

... res hominum ... brevis urna premit.
anon. No. 624 ed. Meyer.
una domus cunctis nec fugienda viris. 1212, 3 ed. Meyer.
sepulcra sanctiora fiunt vetustate. Cic. Phil. 9, 6, 14.
impensa monumenti supervacua est: memoria nostra durabit si vita meruimus. Plin. ep. 9, 19, 6.
vita mortuorum in memoria est positum vivorum.
Cic. Phil. 9, 5, 10.

Grausam.

nihil est crudelius quam sic offendere ut magis sis offensurus si satisfeceris. Sen. contr. 2, 4.
nulla est crudelior sententia ea quae est cum parcere videtur asperior.
Amm. Marc. 29, 1, 22.

tam crudelitas est omnibus atque nulli ignoscere. Syr. 811.
crudelis est in re adversa obiurgatio. „ 99.
crudelis est non fortis qui infantem necat. „ 575.
crudelis lacrimis pascitur non frangitur. „ 100.
nec luxuriae quicquam crudelitas nec crudelitati luxuria obstat. Curt. 9, 10, 30.
parens iratus in se est crudelissimus. Syr. 355.
crudelitati silentium donare crementum est adicere. Val. Max. 9, 2. prooem.
cuncta imperia crudelia magis acerba quam diuturna arbitror. Sall. ad Caes. de rep. ord. 1, 3.
regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Sen. de clem. 1, 8.
animadversiones magnarum potestatum terrent latius quam movent. Sen. de clem. 1, 8.
hoc pessimum habet crudelitas quod perseverandum est nec ad meliora patet regressus. Sen. de clem. 1, 13.
superbiae crudelitatique etsi serae non tamen leves veniunt poenae. Liv. 3, 56.
nulla est super terras adeo rabiosa bellua, cui non imago sua sancta sit. Quint. decl. 12, 27.

Grofs.

magna negotia magnis adiutoribus egent. Vell. 2, 127, 2.
nemo vir magnus sine aliquo adflatu divino unquam fuit. Cic. de nat. deor 2, 66, 167.
potest ex casa magnus vir exire. Sen. ep. 66.
magnis viris prosperae semper omnes res. Cic. de nat. deor. 2, 66, 167.
in praestantibus rebus magna sunt ea quae sunt optimis proxima. Cic. orat. 2, 6.
nemo istorum quos divitiae honoresque in altiore fastigio ponunt magnus est. Sen. ep. 76.
proprium est magnitudinis verae non sentire percussum. Sen. de ira 3, 25.
nil tam magnum est quod perire non possit. Sen. ben. 6, 31.
quanto maior eris tanto moderatior esto. 938, 18 ed. Meyer.
male pensantur magna ruinis. Sen. Herc. Oet. 692.
..... falsis magna nominibus placent
frustra timentur dura. Sen. Thy. 446.

---

magno animo de rebus magnis iudicandum est. Sen. ep. 71.
magni animi est iniurias despicere. Sen. de ira 2, 32.

quidquid ex universi constitutione patiendum est, magno excipiatur animo. Sen. de brev. vit. 15.

non est magni animi se rebus prosperis fortem gerere. Sen. ad Marc. 6.

non est magnus animus quem incurvat iniuria. Sen. de ira 3, 5.

Grüfsen.

saluta libenter! Dion. Cat. sent. 10.

Güte.

nihil est tam populare quam bonitas. Quint. 8, 5, 3. (Cic. Lig. 12, 37.)

vincit malos pertinax bonitas. Sen. ben. 7, 31.

bonitatis verba imitari malitia maior est. Syr. 73.

mutat se bonitas irritata iniuria. „ 649.

facilitas animi ad partem stultitiae rapit. „ 153.

---

bonitas non est pessimis esse meliorem. Sen. ep. 79.

pars magna bonitatis est: velle fieri bonum. „ „ 34.

Gunst.

favor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restincta concidunt. Plin. ep. 2, 11, 7.

quo se fortuna eodem et favor hominum inclinat. Just. 5, 1.

est naturalis favor pro laborantibus. Quint. 4, 1, 9.

malis artibus popularis favor quaeritur. Sen. ep. 29.

tum maxime favor et ambitio dominatur quum sub aliqua specie severitatis delitescere potest. Plin. ep. 3, 9, 10.

hic urit animos pertinax nimium favor
et in furorem temere praecipites agit. Sen. Oct. 795.

. . . qui favoris gloriam veri petit
animo magis quam voce laudari volet. Sen. Thy. 209.

pravum studium est deteriori atque infirmiori favendi. Liv. 42, 63.

nulli tam clarum statim ingenium est ut possit emergere nisi illi materia, occasio, fautor etiam commendatorque contingat. Plin. ep. 6, 23, 5.

Gut.

Wer ist gut?

boni est viri etiam in morte nullum fallere. Syr. 72.

potest non esse honestum quod non liberum est. „ 697.

virum bonum natura non ordo facit. „ 772.

bono vinci satius est quam malo more iniuriam vincere. Sall. Jug. 42.

ut quisque est vir optimus ita difficillime esse alios improbos suspicatur. Cic. ad Quint. fr. 1, 1, 4, 12.

.... omnes boni
gaudent valere recte sed mali pigrent. Att. ap. Non. 219, 14.

bono nulla cuiusquam boni invidia est. Sen. ep. 65.

vir bonus quocunque it patriam suam secum fert; omnia sua animus eius custodit. Varr. sent. 36.

quidquid quaeritur optimum videtur. Petr. 157 ed. Meyer.

imperatum bene bonis factum ilicost. Plaut. Bacch. 726.

odio oportet ut peccandi non metu facias bonum. Syr. 794.

quod facere turpe est dicere ne honestum puta. „ 726.

bonum est etiam bona verba inimicis reddere. „ 566.

bonum est fugienda aspicere in alieno malo. „ 76.

bonus segnior fit ubi neglegas at malus improbior. Sall. Jug. 31.

semper tu facito .... hoc cogites,
id optumum esse tute uti sis optumus:
si id nequeas saltem ut optumis sis proxumus. Plaut. Trin. 485.

proximus esto bonis si non potes optimus esse. 938, 8 ed. Meyer.

non potest quisquam eodem tempore et bonum virum et bonum ducem agere. Sen. ben. 4, 37.

Aenderung des Guten.

bona facile mutantur in peius. Quint. 1, 1, 5.

quidquid est optimum, ante non fuerat. Quint. 12, 11, 26.

scio non corrumpi in deterius quae aliquando etiam a malis, sed honesta manere quae saepius a bonis fiunt. Plin. ep. 5, 3, 6.

bonum supprimitur at nunquam exstinguitur. Syr. 77.

saepe malis generatur origo bonorum. Rut. Nam. I, 491.

scin ut quem cuique tribuit fortuna ordinem
nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum?
Att. ap. Prisc. de metr. p. 1325. P.

bona nemini hora est ut non alicui sit mala. Syr. 69.

---

bonos omnes inter se oportet amicos esse. Apul. de phil. mor. p. 71.

bonis nocet quisquis pepercerit malis. Syr. 564.

recte factorum verus fructus est fecisse. Sen. de clem. 1, 1.

optimi mortalium altissima cupiunt. Tac. ann. 4, 38.

neminem nihil boni facere oportet. Petr. 42.

vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis. Cic. Planc. 24, 59. (Sest. 48, 102.)

abesse non potest quin eiusdem hominis sit qui improbos probet probos improbare. Cic. orat. 70, 233.

in his quae a malis bene fiunt hic tenendus est modus ut appareat auctorem displicuisse non factum. Plin. pan. 46, 3.

nimium boni est cui nihil est mali. Enn. ap. Cic. de fin. 2, 13, 41.
intellige ecquae sint ut et bene agas bona. Syr. 618.
bene cogitata si excidunt non occidunt. „ 44.
bona turpitudo est quae periculum vindicat. „ 71.
vel bona contemni docet usus vel mala ferri. 938, 13 ed. Meyer.

Vom irdischen Gut.

dari bonum quod potuit et auferri potest. Sen. ep. 8.
nullum bonum iuvat habentem nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus. Sen. ep. 4.
nullius boni sine socio iucunda possessio est. „ „ 6.

Haar.

etiam capillus unus habet umbram suam. Syr. 138.
astute crines dum celantur aetas indicatur. „ 559.

Hader.

a lasso rixa quaeritur. Sen. de ira 3, 10.

Hälfte.

dimidium facti qui coepit habet. Hor. ep. 1, 2, 40.

Handgreiflich.

quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas. Pac. ap. Cic. de rep. 1, 18, 30.
non desiderant manifesta monitores. Sen. ep. 94.

Hafs.

proprium humani ingenii est odisse quem laeseris. Tac. Agric. 42.
natura est insitum ut quem timueris semper oderis. Cic. pro Sulla 30, 83.
id agas tuo te merito ne quis oderit. Syr. 206.
fas est privata odia publicis utilitatibus remittere. Tac. ann. 1, 10.
cum victor arma posuit, et victum decet
deponere odia. Sen. Herc. fur. 409.
odium perit si iussit amor. Sen. Hipp. 355.
semper odiorum honestus occasus est. Quint. decl. 9, 18.
non habent proximorum odia regressum. Quint. decl. 17, 12.
nihil est iniquius quam aliquem heredem paterni odii fieri. Sen. de ira 2, 34.
odium certaminibus ortum ultra metum durat et ne in victis quidem deponitur. Vell. 1, 12, 7.
nullum est odium perniciosius quam beneficii violati pudere. Sen. ep. 81.

casus duratura longius a parvis initiis odia dum contumeliam
:as facilius intellegit, dignitas gravius. Quint. decl. 9, 3.
ınt odiis, parva extolluntur amore. 938, 19 ed. Meyer.
torum sub vultu, multorum sub osculo latent. Syr. 678.
lum metuant. Sen. de ira 1, 16. (de clem. 2, 2.)

Haus.

o dominus sed domino domus honestanda est.
Cic. off. 1, 39, 139.
edifices ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas.
Cic. off. 1, 39, 140.
ım intraverit nos potius miretur quam supellectilem nostram.
Sen. ep. 5.
ıuam coercere plerisque haud minus arduum est quam pro-
n regere. Tac. Agric. 19.
dest foris esse strenuum si domi male vivitur?
Val. Max. 2, 9, 1.

Heimat.

t locus domestica sede iucundior. Cic. ad fam. 4, 8, 2.
ıam domus est, sine sepulcro est mortuus. Syr. 102.
s in sua quidquid sede gignitur: insitum alienae terrae in
alitur, natura vertente se, degenerat. Liv. 38, 16.

Heimlich (verborgen).

ıtent quae non comparantur. Sen. contr. 7, 5.
rerum sunt quaedam in alto secreta et suo cuique corde
ɔnda. Plin. n. h. 17, 4, 29.
um est quod non reveletur. Phaedr. app. 22, 1.
robationem exigunt. Sen. ep. 95.
centi contingere ut lateat, latendi fides non potest.
Sen. ep. 97.
nper patere quod latuit diu;
ıentis veritas patuit malo. Sen. Oed. 825.

Helfen (Hülfe).

in medium et rebus succurrite fessis. Verg. Aen. 11, 335.
est collapsis manum non porrigere. Sen. contr. 1, 1.
adversis auxilia qui in secundis commodat. Syr. 513.
neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur.
Sall. Cat. 52.
ıerum auxilium est ubi nocet quod sustinet. Syr. 399.

Herr (Herrschaft).

Einer sei Herr!

ɔ est regnum. Curt. 10, 9, 1.
ıt bene geri respublica multorum imperiis. Nep. Dion. 6.

ea condicio est imperandi ut non aliter ratio constet quam si uni reddatur. Tac. ann. 1, 6.
non capit regnum duos. Sen. Thy. 444.
nulla fides regni sociis omnisque potestas
impatiens consortis erit. Luc. Phars. 1, 92.
nulla sancta societas nec fides regni est.
Enn. ap. Cic. off. 1, 8, 26.

Von der Person des Herrschers.

omnes aequo animo parent digni ubi imperant. Syr. 350.
rex esse nolim ut esse crudelis velim. „ 734.
utrumque casum aspicere debet qui imperat. „ 500.
.... nulla dominetur aula
qui putet solum decus esse regni
semper intensum tenuisse ferrum. Sen. Herc. Oet. 1591.
principes multa debent etiam famae dare. Sen. de clem. 1, 15.
nihil pulchrius iudico in fastigio collocatis quam multarum rerum veniam dare nullius petere. Sen. ad Marc. 4.
princeps qui vult omnia scire necesse habet multa ignoscere.
Quint. 8, 5, 3.
regenti imperium omnia nimia velut proceri scopuli sunt devitanda.
Amm. Marc. 30, 8, 2.
nihil est tam deforme quam ad ardua imperii supercilia etiam acerbitatem naturae adiungi. Amm. Marc. 29, 2, 12.
magnum est personam in republica tueri principis quae non animis solum debet sed etiam oculis servire civium. Cic. phil. 8, 10, 29.
nemo regere potest nisi qui et regi. Sen. de ira 2, 15.
principum munus est resistere et levitati multitudinis et perditorum temeritati. Cic. Mil. 8, 22.
nihil est difficilius quam bene imperare. Vopisc. Aur. 43 p. 532.
facile est imperium in bonos. Plaut. mil. glor. 3, 1, 17.
est aliquid valida sceptra tenere manu. Ov. rem am. 480.
si quid iniungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omnes obedientes habeas. Liv. 26, 36.
facere recte civis suos princeps optimus faciendo docet, cumque sit imperio maximus, exemplo maior est. Vell. 2, 126, 4.
ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia. Cic. de leg. 3, 13, 30.
scilicet in volgus manant exempla regentum.
Claud. 1 in laud. Stil. 168.
licet videre qualescunque summi civitatis viri fuerint, talem civitatem fuisse: quaecunque mutatio morum in principibus exstiterit, eandem *in populo* secutam. Cic. de leg. 3, 14, 31.

ita principis censura est eaque perpetua. Plin. pan. 45.
rincipis est virtus maxima nosse suos. Mart. 8, 15, 8.
rincipi cui omnia licent propter hoc ipsum multa non licent.
Sen. ad Pol. 7.
rs prima regni: posse et invidiam pati. Sen. Herc. fur. 353.
bicunque tantum honesta dominanti licent
recario regnatur. Sen. Thy. 214.
ulla vacat quaestio pravitatum apud eos principes qui quod volunt ipsi maximas putant esse virtutes. Amm. Marc. 27, 7, 9.
alus legitimi principis consociato studio muniri debet cunctorum.
Amm. Marc. 19, 12, 17.

. . . . . mitissima sors est
regnorum sub rege novo. Luc. Phars. 8, 453.
regnare non vult esse qui invisus timet. Sen. Phoen. 654.
. . . . . odia qui nimium timet
regnare nescit, regna custodit metus. Sen. Oed. 701.
qui sceptra duro saevus imperio regit
imet timentes, metus in auctorem redit. „ „ 703.
violenta nemo imperia continuit diu. Sen. Troad. 262.
nale imperatur cum regit vulgus duces. Sen. Oct. 581.
a nullo periculo fortuna principum longius abest quam ab humilitatis.
Plin. pan. 71, 5.
habet hoc mali principum innocentia quod inimicos esse nobis nisi postquam nocuerint nescimus et tunc omnibus patemus insidiis quoties non odit inferior. Quint. decl. 11, 2.
compertum est eruditionem, elegantiam, comitatem praesertim principibus necessarias esse, cum sine his naturae bona quasi incompta aut etiam horrida despectui sint.
Aur. Vict. de Caes. 40, 13.
navorum imperium servare est induperantum.
Enn. ap. Fest. p. 169.
minore discrimine sumitur princeps quam quaeritur.
Tac. hist. 1, 56.
imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus. Plin. pan. 7, 5.
suspectus semper invisusque dominantibus qui proximus destinatur.
Tac. hist. 1, 21.
atrocior semper fama erga dominantium exitus.
Tac. ann. 4, 11.
regibus peius est multo quam ipsis servientibus. Syr. 803.
ad curam principis magistratuum creatio pertinet non ad populi favorem. Modestin. in Pand. 48, 14, 1.
etiam tyrannus *vix precario* imperat. Syr. 145.

Was ist „herrschen"?

imperium non potestatis tantummodo vocabulum sed etiam orationis est; quippe vis imperandi iubendo vetandoque exercetur. Fronto ad M. Aur. de eloq. 3, 5.

nihil aliud est imperium nisi cura salutis alienae. Amm. Marc. 29, 2, 18.

finis iusti imperii utilitas obedientium aestimatur et salus. Amm. Marc. 30, 8, 14.

tu si animo regeris rex es, si corpore servus. 938, 7 ed. Meyer.

imperium habere vis magnum? impera tibi. Syr. 608.

... mihi res non me rebus subiungere conor. Hor. ep. 1, 1, 19.

qui docte servit partem dominatus tenet. Syr. 413.

dominatur partim cui superior supplicat. „ 824.

regnat non regitur qui nil nisi quod vult facit. „ 446.

parere scire par imperio gloria est. „ 356.

Bestand und Fall der Herrschaft.

imperium facile his artibus retinetur quibus initio partum est. Sall. Cat. 2.

non ignavia magna imperia continentur. Tac. ann. 15, 1.

nunquam magna imperia otiosa. Sen. suas. 5.

tu regere imperio populos, Romane, memento;
hae tibi erunt artes: pacisque imponere morem,
parcere subiectis et debellare superbos. Verg. Aen. 6, 851.

qui imperium credat gravius esse aut stabilius
vi quod fit quam illud quod amicitia coniungitur,
longe errat. Ter. ad. 1, 1, 41.

nullum est imperium tutum nisi benevolentia munitum. Nep. Dion. 5.

non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt verum amici. Sall. Jug. 10.

nullum maius boni imperii instrumentum quam boni amici. Tac. hist. 4, 7.

id firmissimum imperium est quo oboedientes gaudeant. Liv. 8, 13, 16.

praepotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitantur, nimia quiete in desidiam resolvuntur. Val. Max. 7, 2, 1.

male imperando summum imperium amittitur. Syr. 269.

submissum imperium non tenet vires suas. „ 481.

si ubi iubeantur quaerere singulis liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit. Tac. hist. 1, 83.

ingentium imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanae collabuntur. Sen. suas. 2.

iniqua nunquam regna perpetua manent. Sen. Med. 196.
invisa nunquam imperia retinentur diu. Sen. Phoen. 660.
nulla vis imperii tanta est quae premente metu possit esse diuturna. Cic. off. 2, 7, 26.
imperia excelsa fortunae obiacent. Sen. Oed. 11.
dominium rerum conlabi solet. Val. Max. 4. 4 prooem.
cum omnia humana tum maxima quaeque et regna et imperia sub casibus multis sunt. Liv. 42, 50.

.... ubi non est pudor,
nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
instabile regnum est. Sen. Thy. 215.

omne sub regno graviore regnum est; | quem dies vidit veniens superbum, | hunc dies vidit fugiens iacentem. Sen. Thy. 612.
nihil minus populare quam regnum est. Liv. 6, 19, 7.

Ueber die Herrschbegierde.

... sceptri sic omnibus una cupido. Val. Flacc. Arg. 5, 537.
dominandi cupiditas omnibus adfectibus flagrantior est. Tac. ann. 15, 53.

... si violandum est ius regnandi gratia
violandum est, aliis rebus pietatem colas. Suet. Caes. 30.

imperium cupientibus nihil medium inter summa aut praecipitia. Tac. hist. 2, 74.
imperia pretio quolibet constant bene. Sen. Phoen. 664.
nulla est tam stulta civitas quae non iniuste imperare malit quam servire iuste. Cic. de rep. 3, 18, 28.
sceleratis animis et plus quam civilia cupientibus non dominari instar servitutis est. Calp. Flacc. decl. 6.

certissima est regnare cupienti via:
laudare modica. Sen. Oed. 680.

maius est regnum fastidire quam accipere. Curt. 4, 1, 18.
habere regnum casus est, virtus dare. Sen. Thy. 529.

---

patienda meliorum imperia. Tac. ann. 13, 56.
rara est in dominos iusta licentia. Sen. Med. 109.
non parcit populis regnum breve. Stat. Theb. 2, 446.
invisa sunt imperia et omnis necessitas gravis. Sen. ben. 3, 19.
nemo unquam imperium flagitiis quaesitum bonis artibus exercuit. Tac. hist. 1, 30.
exsultare maestis casibus effrenate non decet, ne videantur licentia regi subiecti, non potestate. Amm. Marc. 19, 12, 18.

Vom Hausherrn.

indigna digna habenda sunt, herus quae facit. Plaut. capt. 200.
male agitur cum domino *quem* vilicus docet. Col. r. r. 11, 1.

frons domini plus potest quam occipitium. Cato r. r. 4.
quocunque domini praesentis oculi frequenter accessere, in ea parte maiorem in modum fructus exuberat. Col. r. r. 3, 11.

Heuchler.

homo semper in se aliud fert, in alterum aliud cogitat. Syr. 605.
quo caret is cum aliud animus, verba aliud petunt! „ 432.
simulatio tollit iudicium veri idque adulterat. Cic. Lael. 25, 92.
totius iniustitiae nulla capitalior est quam eorum qui tum cum maxime fallunt id agunt ut viri boni esse videantur. Cic. off. 1, 13, 14.
malus ubi bonum se simulat tunc est pessimus. Syr. 284.
qui bene dissimulat citius inimico nocet. „ 410.
saepe dissimulare satius quam vel ulcisci fuit. „ 541.
simulatum potest nihil esse diuturnum. Cic. off. 2, 12, 43.
virtute ipsa multi non tam praediti esse quam videri solent. Cic. Lael. 26, 97.

Himmel.

non est ad astra mollis a terris via. Sen. Herc. fur. 437.
flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo. Verg. Aen. 7, 312.
. . . . . . vos o mihi, Manes,
este boni quoniam Superis adversa voluntas. Verg. Aen. 12, 646.

Hinfällig.

omnia humana brevia et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia. Sen. ad Marc. 20.
fragilitatis humanae nimia in prosperis rebus oblivio est. Curt. 4, 14.
is demum profecto vitam aequa lance pensitabit qui semper fragilitatis humanae memor fuerit. Plin. n. h. 7, 7, 44.

Hinlänglich.

ad manum est quod sat est. Sen. ep. 4.
stulto nihil est satis omnia cum sint. Lucil. 18 fr. 2. ap. Non. p. 302.
quod vult habet qui velle quod satis est potest. Syr. 443.
quoties parum fiduciae est in his quibus imperas, amplius est exigendum quam satis est ut praestetur quantum satis est. Sen. ben. 7, 22.

Hinterlist (Nachstellungen).

magis nocent insidiae quae latent. Sen. contr. 1 prooem.
nullae sunt occultiores insidiae quam eae quae latent in simulatione officii. Cic. Verr. 1, 15, 39.
nisi qui scit facere, insidias nescit metuere. Syr. 328.
insidias undique imminentes subire semel satius est quam cavere *semper.* Suet. Caes. 86.

Hoch.

ıi videtur amplissimus qui sua virtute in altiorem locum per-
it non qui ascendit in alterius incommodum et calamitatem.
Cic. pro Rosc. Am. 30, 83.

na bona sunt virtus ac pietas ac mors praeclara.
Plin. n. h. 15, 18, 78.

An den Hochstehenden stellt man Anforderungen.

a populus semper a summo exigit. Sen. Oct. 577.

'es fortunas idem loqui decet atque sentire.
Amm. Marc. 17, 5, 4.

ıd altiorem quisque se honorum gradum extendit, magis in
mplum spectantibus patet. Quint. decl. 3, 13.

o superiores sumus tanto nos geramus submissius.
Cic. off. 1, 26, 90.

xuma fortuna minuma licentia est. Sall. Cat. 51, 13.

ır causat quidquid peccat superior. Syr. 213.

animi vitium tanto conspectius in se
ı habet quanto maior qui peccat habetur. Juv. 8, 140.

condicio superiorum est ut quidquid faciunt praecipere videantur
perniciosissimus est malae rei maximus quisque auctor.
Quint. decl. 3, 15.

uid in excelso fastigio positum est quo sit venerabilius vacuum
ı convenit. Val. Max. 2, 6, 17.

Vas den höchsten Punkt erreicht hat, geht wieder abwärts.

uid ad summum pervenit ad exitum properat; ubi incremento
ıs non est vicinus occasus est. Sen. ad Marc. 23.

uid ad summum pervenit incremento non relinquit locum.
Sen. suas. 1.

Wer hoch steht, fällt tief.

uid in altum fortuna tulit
a levat. Sen. Agam. 100.

o altius quisque elatus est, tanto foedius corruit.
Liv. 30, 30.

ınt altas saepe procellae
vertit fortuna domos. Sen. Oct. 901.

is multo facilius casus nocet. Syr. 147.

ıs ventis agitatur ingens
et celsae graviore casu
ınt turres feriuntque summos
ıa montes. Hor. od. 3, 10, 9.

ıdus servetur nulli est tutus summus locus. Syr. 189.

Vom Streben nach dem Höchsten.

nunquam ad summa tendentem laus frustrata est. Varr. sent.

etiam qui summa non appetent contendere potius quam sequi det
Quint. 10, 2

nemo timendo ad summum pervenit locum. Syr. :

nulla quies animo, nullus sopor ardua amanti.
Val. Flacc. Argon. 7, :

Hochzeit.

habent locum maledicti crebrae nuptiae. Syr. (

felices nuptae! moriar nisi nubere dulce est. Sen. contr. 6

Höhnen.

neminem irriseris! Dion. Cat. sent.

miserum noli irridere! „ „ „

facile est miserum inridere. Plaut. Curc. 2, 1,

inridens miserum dubium sciat omne futurum. 938, 16 ed. Me

Hören (Ohr).

difficile oportet aurem habere ad crimina. Syr. :

canale fissum est auris quae accepta memoriae non commendat.
Varr. sent.

ex auditis memoriae referas laudem, ex inventis ingeni.
Varr. sent.

alienum est quod auditur. „ „ :

hereditarium putes quidquid audisti, lucrum autem quae inveneri
Varr. sent. :

non quaecunque auris suscipit et memoria. „ „

discute quod audis omne, quod credas proba. Syr. :

qui audit ut auditorum narrator sit nunquam fiet par docenti.
Varr. sent.

audit quod non vult qui pergit dicere quod vult.
938, 10 ed. Me

excitat auditor studium. Ov. ex Ponto 4, 2,

auditorum benevolentia crescit dicentium facultas. Prisc. 7,

facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti: omnibus (
natura fundamenta dedit semenque virtutum. Sen. ep.

Hoffnung.

Hoffe!

dum vivis sperare decet. Carm. Priap. 8:

magnae indolis signum est sperare semper. Flor. 2, 1{

omnia homini dum vivit speranda sunt. Sen. ep.

nihil magis interesse omnium puto quam ut spes pro homine
longa quam vita sit. Quit. decl. 8,

inter voluptates est superesse quod speres. Sen. de ira 3

ad bonas spes pertinax animus est. Sen. ben. 7, 31.
blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. Plin. n. h. 29, 1, 18.
spero si speres (= spes) quicquam prodesse potis sunt.
Enn. ap. Fest. p. 333.
...... credula vitam
spes fovet et fore cras semper ait melius. Tib. 2, 6, 19.
spes sibi quisque. Verg. Aen. 11, 309.
mihi spes omnes in memet sitae. Sall. Jug. 85.
spes sola hominem in miseriis consolari solet. Cic. Cat. 4, 4, 8.
spes est ultimum adversarum rerum solacium. Sen. contr. 5, 1.
spem retine: spes una hominem nec morte relinquit.
Dion. Cat. 2, 25.
spes fallax, spes dulce malum, spes summa malorum,
solamen miseris. anon. 932, 1 ed. Meyer.

Getäuschte Hoffnung.

nihil gravius quam destitutae spes torquent. Quint. decl. 12, 17.
quem spes delusit huic querela convenit. Phaedr. 5, 6, 7.
difficilis est hominibus utcunque conceptae spei mora. Vell. 1, 67, 1.
ò fallacem hominum spem fragilemque fortunam!
Cic. de orat. 3, 2, 7.

Unverhofft (unerwartet).

maxime commovent quae contra spem exspectationemque evenerunt.
Sen. de ira 2, 31.
inexspectata plus aggravant. Sen. ep. 91.
quod non exspectes ex transverso fit. Petr. 55.
... insperata accidunt magis saepe quam quae speres.
Plaut. Most. 1, 3, 40.
quidquid praeter spem eveniat id omne deputa esse in lucro.
Ter. Phorm. 2, 1, 16.

Hoffnung ist ungenügsam.

nunquam satis est quod improbae spei datur. Syr. 677.
gradus a magnis ad maiora fit et spes improbissimas complectuntur
insperata assecuti. Sen. de clem. 1, 1.

---

credula est spes improba. Sen. Thy. 295.
qui nil potest sperare desperet nihil. Sen. Med. 163.
nihil habet quod speret quem senectus ducit ad mortem.
Sen. ep. 30.
in malis sperare bene nisi innocens nemo solet. Syr. 518.
quod timeas citius quam quod speres evenit. „ 440.
quibus a natura recti amor defuit, spem sequentur.
Fronto pro patre cap. 10.

... ea oblectat spes aerumnosum hospitem,
... dum id quod miser est clam esse censet alteros.
Att. ap. Non. 267, 16.

Hund.

canis quando est percussa lapide non tam illum adpetit
qui sese icit quam illum eumpse lapidem quî ipsa icta est petit.
Pacuv. ap. Non. 124, 2.

Hunger.

parvo fames constat, magno fastidium. Syr. 683.
non est ante edendum quam fames imperet. Sen. ep. 123.
ieiunus stomachus raro volgaria temnit. Hor. sat. 2, 2, 38.
satis est populis fluviusque Ceresque. Luc. Phars. 4, 381.
in aliena fame sui quisque miseretur. Quint. decl. 5, 6.
non habitant una pudor et fames. „ „ 12, 8.
etiam stultis acuit ingenium fames. Phaedr. app. 20, 7.

Hure.

meretricem fuge! Dion. Cat. sent. 53.
meretrix est instrumentum contumeliae. Syr. 637.
muneribus non lacrimis meretrix est misericors. „ 648.
est aliqua etiam prostitutis modestia. Sen. nat. quaest. 1, 16.

Jeder.

cuivis potest accidere quod cuiquam potest. Sen. de tranq. an. 11.
...... ut quisque rem accurat suam,
sic ei procedunt post principia denique. Plaut. Pers. 4, 1, 3.
minime sibi quisque notus est et difficillime de se quisque sentit.
Cic. de orat. 3, 9, 33.
suum quemque decet. Plaut. Stich. 693.
suae quemque fortunae maxime paenitet. Cic. ad fam. 6, 1, 1.
suum cuique decus posteritas rependit. Tac. ann. 4, 35.
suis quisque placidius paret etiam quum is praeest qui magis timeri potest. Curt. 6, 3, 10.
in suo quisque negotio hebetior est quam in alieno. in communi calamitate suam quisque habet fortunam. Curt. 6, 4, 11.
sua quemque fraus de sanitate ac mente deturbat.
Cic. in Pis. 20, 46.
in alio sua quemque natura delectat. Plin. pan. 45, 1.
nil non acerbum prius quam maturum fuit. Syr. 323.
non omnia in omnibus locis nascuntur. Plin. n. h. 16, 31, 134.

respiciendae sunt cuique facultates suae viresque. Sen. ben. 2, 15.

suo quisque iudicio et homines odisse aut diligere et res probare aut improbare debet, non pendere ex alterius vultu ac nutu nec alieni momentis animi circumagi. Liv. 39, 5.

Jeder liebt das Seine.

meus mihi, suus quoiquest carus. Plaut. capt. 400.

suos quisque habet caros. Prisc. p. 694 P.

te tua, me delectant mea. Cic. Tusc. 5, 22, 63.

sua cuique res est carissima. Petr. 15.

suum cuique placet et quocunque eatur fabula eadem reperitur. Plin. n. h. 14, 6, 71.

quod quisque amat laudando commendat sibi. Syr. 437.

suam quisque homo rem meminit. Plaut. merc. 5, 4, 51.

scilicet est cupidus studiorum quisque suorum
tempus et adsueta ponere in arte iuvat. Ov. ex Ponto 1, 5, 35.

suae quisque inventioni favet et quasi fortissimum complectitur quum ab alio dictum est quod ipse praevidit. Plin. ep. 1, 20, 13.

suum quisque animum habet. Liv. 22, 59, 19.

sibi quisque ruri metit. Plaut. Most. 3, 2, 112.

trahit sua quemque voluptas. Verg. ecl. 2, 65.

suos quisque debet tueri. Cic. ad Att. 16, 16, C, 10.

Immer.

quod semper est paratum non semper iuvat. Syr. 438.

..... eadem sunt omnia semper. Lucr. 3, 943.

nulli est homini perpetuum bonum. Plaut. Curc. 1, 3, 33.

Irren.

inter cetera mortalitatis incommoda est caligo mentium nec tantum necessitas errandi sed errorum amor. Sen. de ira 2, 10.

demens est qui perstat in errore. Sen. ben. 4, 36.

cuiusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis in errore perseverare. Cic. Phil. 12, 2, 5.

sicut in vita nunquam errare felicis est, ita errorem quamprimum emendare sapientis. Calp. Flacc. decl. 18.

non est levitas a cognito et damnato errore discedere. Sen. ben. 4, 38.

suus cuique est attributus error. Catull. 22, 20.

demens est quisquis praestat errori fidem. Syr. 118.

error a culpa vacat. Sen. Herc. Oet. 984.

inemendabilis est error qui violentiae Martis committitur. Val. Max. 7, 2, 2.

animus errore lentus iniurias diligit. Petr. 93.

nemo sibi tantummodo errat sed alieni erroris et causa et auctor est. Sen. de vita beata 1, 4.

nemo errat uni sibi sed dementiam spargit in proximos accipitque invicem. Sen. ep. 94.

homo qui erranti comiter monstrat viam,
quasi lumen de suo lumine accendat facit:
nihilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit.
Enn. ap. Cic. off. 1, 16, 51.

Jugend.

In der Jugend mufs man lernen.

iuveni parandum, seni utendum est. Sen. ep. 36.

quaere adolescens, utere senex. Sen. contr. 2, 6.

adulescens cum sis tum cum est sanguis integer,
rei tuae quaerendae convenit operam dare. Plaut. merc. 3, 2, 7.

Jugend bedarf der Führung.

regenda est fervida adolescentia. Sen. Oct. 448.

ineuntis aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est. Cic. off. 1, 34, 122.

ratione non vi vincenda adolescentia est. Syr. 445.

amputanda plura sunt adolescentiae, si quidem efflorescit ingenii laudibus, quam inserenda. Cic. Cael. 31, 76.

---

iuvenile vitium est regere non posse impetus. Sen. Troad. 254.

omnes cupiditates, omnes impetus in adolescentia facilius convalescunt. Quint. decl. 322.

Jugend wird leicht verführt.

adolescentium indolem non tam iuvant quae bene dicta sunt quam inficiunt quae saepissime. Gell. 12, 2, 14.

...... inlecebrosius
fieri nil potest, nox mulier vinum homini adulescentulo.
Plaut. Bacch. 88.

ut ad peiora iuvenes laude ducuntur, ita laudari in bonis gaudent. Quint. 5, 12, 22.

datur omnium concessu huic aliqui ludus aetati et ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates. Cic. Cael. 12, 28.

In der Jugend mufs man sich gewöhnen.

natura tenacissimi sumus eorum quae rudibus annis percepimus. Quint. 1, 1, 5.

facile est teneros adhuc animos componere. Sen. de ira 2, 18.

quo semel est imbuta recens, servabit odorem
testa diu. Hor. ep. 1, 2, 69.

Pflichten der Jugend.

decet verecundum esse adulescentem. Plaut. asin. 5, 1, 6.

in periculis iuventutem impigram esse convenit et audacem, ita cum res postulat regibilem et consultam. Amm. Marc. 16, 12, 10.

turpe est adolescenti vinci a sene. Sen. contr. 10, 2.

. . . . senili' iuventa
praematurae morti' signumst. Cato ap. Plin. n. h. 7, 51, 171.

---

at tu dum primi floret tibi temporis aetas
utere: non tardo labitur illa pede. Tib. 1, 8, 47.

ver, aetas, auctumnus, hiems, redit annus in annum;
omnia cum redeunt homini sua non redit aetas.
1030, 12 ed. Meyer.

adolescentiae et iuventuti prolixa vitae curricula data sunt.
Fronto ad amic. 2, 11, 35.

. . . . . . quem di diligunt,
adulescens moritur dum valet sentit sapit. Plaut. Bacch. 817.

adolescentes in scholis stultissimi fiunt quia nihil ex his quae in usu habemus aut audiunt aut vident. Petr. 1.

Juno.

est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem. Ov. fast. 6, 27.

Juppiter.

quod Jovi hoc regi licet. Sen. Herc. fur. 489.

quidquid negaret Juppiter daret Hercules. Sen. Herc. Oet. 1848.

non semper nostra evortet: nunc Juppiter hac stat.
Enn. ap. Macr. sat. 6, 1. p. 500 ed. Jan.

si qui quae eventura sunt provideant, aequiperent Jovi.
Pacuv. ap. Gell. 14, 1, 34.

primus cunctorum est et Juppiter ultimus idem,
Juppiter et caput et mediumst; sunt ex Jove cuncta.
Apul. de mundo p. 145.

Kampf (Krieg, Streit).

Zweck desselben.

suscipienda bella sunt ob eam causam ut sine iniuria in pace vivatur.
Cic. off. 1, 11, 34.

bellum ita suscipiatur ut nihil aliud nisi pax quaesita videatur.
Cic. off. 1, 23, 80.

sapientis pacis causa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant.
Sall. ad Caes. de rep. ord. 1, 6.

contentio tam diu sapiens est quam diu aut proficit aliquid aut si non proficit non obest civitati. Cic. pro Balb. 27, 60.

---

bellorum egregii fines quotiens ignoscendo transigitur. Tac. ann. 12, 19, 3.

ex lite multa gratia fit formosior. Syr. 586.

Nutzen.

prospicere in pace oportet quid bellum iuvet. Syr. 387.

plures bonos proeliatores bella quam pax ferunt. Tac. orat. 37.

fortuna belli artem victos quoque docet. Curt. 7, 7, 16.

scientia rei bellicae dimicandi nutrit audaciam; nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Veget. 1, 1.

felix quisquis bello moriens
omnia secum consumpta videt! Sen. Troad. 165.

Schädliche Folgen.

nulla salus bello. Verg. Aen. 11, 399.

cedant arma togae, concedat laurea laudi. Cic. off. 1, 22, 77.

ponite mature bellum, precor, iraque cesset. Hilas. No. 456 ed. Meyer.

omnia prius experiri quam arma sapientem decet. Ter. eun. 4, 7, 19.

cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum. Sen. de ira 2, 34.

ius est in armis, opprimit leges timor. Sen. Herc. fur. 253.

silent leges inter arma. Cic. Mil. 4, 10.

naturae iura bellum in contrarium mutat. Curt. 9, 4, 7.

obmutescit inter militaria signa libertas. Sen. ben. 4, 15.

inter se certantium praemia qui quieverint occupabunt. Curt. 10, 8, 16.

omne bellum sumitur facile ceterum aegerrume desinit. Sall. Jug. 83.

sumitur bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusque periculo geritur. Tac. hist. 4, 69.

ex magno certamine magnae excitantur ferme irae. Liv. 3, 40, 4.

arma armis irritantur. Plin. pan. 49, 3.

acilius est se a certamine abstinere quam abducere. Sen. de ira 3, 8.

nec temperari facile nec reprimi potest
stricti ensis ira; bella delectat cruor. Sen. Herc. fur. 404.

bella quoque insidias habent. Quint. decl. 282.

in aliis rebus si quid erratum est potest corrigi; proeliorum delicta emendationem non recipiunt quum poena statim sequatur errorem. Veget. 1, 13.

Im Kriege herrscht der Zufall.

maximam partem belli fortuna sibi vindicat et quidquid prospere gestum est id paene omne ducit suum. Cic. Marc. 2, 6.

Mars communis est et incertus eventus belli. Liv. 42, 14.

fortuna belli semper ancipiti in loco est. Sen. Phoen. 629.

incerti sunt exitus et anceps fortuna belli. Cic. Marc. 5, 15.

nusquam minus quam in bello eventus respondent. Liv. 30, 30.

belli maxima momenta sunt in occasionibus. Sen. de ira 3, 21.

necessitas ante rationem est, maxime in bello quo raro permittitur tempora legere. Curt. 7, 7, 10.

in bello nihil tam leve est quod non magnum interdum rei momentum faciat. Liv. 24, 18.

summa universi belli ex momentis parvarum plerumque rerum pendet. Liv. 32, 17.

errant si qui in bello omnis secundos rerum proventus exspectent. Caes. de bello gall. 7, 29.

saepe in bellis parvis momentis magni casus intercedunt. Caes. de bello civ. 1, 21.

Was erfordert der Krieg?

diu apparandum est bellum ut vincas celerius. Syr. 126.

qui futuro se bello ante bellum paraverunt, primum ictum facile excipiunt. Sen. ad Helv. 5.

nihil in bello oportet contemni neque sine causa dicitur matrem timidi flere non solere. Nep. Thras. 2.

..... vigili stant bella magistro. Sil. Ital. 3, 173.

parva sunt foris arma nisi est consilium domi. Cic. off. 1, 22, 76.

in omni proelio non tam multitudo et virtus indocta quam ars et exercitium solent praestare victoriam. Veget. 1, 1.

stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse. Liv. 22, 14, 14.

aliter domi aliter foris bella tractantur. Just. 22, 5.

sunt et belli sicut pacis iura. Liv. 5, 27, 6.

aspero et absciso castigationis genere militaris disciplina indiget quia vires armis constant. Val. Max. 2, 7, 13.

---

nullum cum victis certamen et aethere cassis. Verg. Aen. 11, 104.

...... nunc coniugis esto
quisque suae tectique memor, nunc magna referto
facta, patrum laudes. Verg. Aen. 10, 280.

bella viri pacemque gerant quîs bella gerenda. „ „ 7, 443.

Martiae virtutis potestas aut id quod ausum occupat aut inopinata mors si acciderit nullum ignominiae continet sensum. Amm. Marc. 26, 10, 10.

inter arma et lituos condicionis aequatio leviora facit pericula.
Amm. Marc. 26, 10, 10.

longe felicissimum in bellis est vincere, fortissimum si victoria non detur pro causa mori, tertium in patriam redire et si vincere non detur effugere. Quint. decl. 339.

divitiarum secura possessio non est nisi armorum defensione servetur.
Veget. 3, 3.

non pugna per se turpis est sed inhonesta pugna.
Quint. decl. 302.

peior est bello timor ipse belli. Sen Thy. 572.

colluctari cum minoribus malis non vacat ubi metus maior apparuit.
Sen. de ira 3, 43.

prospera belli omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur.
Tac. Agric. 27.

fama bella constant et saepe etiam quod falso creditum est veri vicem obtinuit. Curt. 8, 8, 15.

nihil est tam capax malignitatum sermonumque quam bellum.
Quint. decl. 11, 6.

Kaufen (Kaufmann).

èmas non quod opus est sed quod necesse est; quod non opus est asse carum est. Cato ap. Sen. ep. 94.

ubi emes aliena vendes aliquando tua. Syr. 850.

quod male emptum est semper paenitet. Plin. n. h. 18, 5, 26.

magis illa iuvant quae pluris emuntur. Juv. 10, 16.

suspecta semper ornamenta ementibus. Syr. 756.

non strenuum appellabis negotiatorem qui in nullo rem auxit.
Varr. sent. 126.

Kenntnisse (Wissen).

mediocriter nosse aliqua non nosse est. Varr. sent. 27.

omnia nosse impossibile, pauca non laudabile. „ „ 56.

nemo omnia potest scire. Varr. de re rust. 2, 1, 3.

nil novit qui aeque omnia. Varr. sent. 84.

quod nemo novit paene non fit. Apul. met. p. 198.

excedere communem omnium vel plurium cognitionem pulcherrimum est si modo non insanis. Varr. sent. 72.

stude non ut plus aliis scias sed ut melius. Sen. ep. 89.

virtus hominis est scire id quod quaeque habeat res;
virtus scire homini rectum, utile, quid sit honestum.
Lucil. ap. Lact. inst. div. 6, 5, 2.

ne pudeas quae nescieris te velle doceri:
scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle. Dion. Cat. 4, 29.

ad *profectum* scientiae nil aeque impedit ut diffidentia. Varr. sent. 26.

gloria est scientis, stupor ignorantium. Varr. sent. 133.

non in disciplinis fidem sed scientiam habe; fides est media opinionis et scientiae, neutram attingens. Varr. sent. 45.

neminem vidi qui nimium sciret quam quo scito opus est. Naev. ap. Fest. p. 170.

nulla me res delectabit quam mihi uni sciturus sum. Sen. ep. 6.

gaudet quisquis provocatur ad doctrinam suam in medium proferendam quia nemo vult latere quod didicit; contra magnae amaritudinis est si coram multis aliquem interroges quod non optima scientia quaesivit. Macr. sat. 7, 2.

Keusch.

lis est cum forma magna pudicitiae. Ov. her. 16, 288.

ubicunque periclitatur pudicitia, suam legem habet. Calp. Flacc. decl. 2.

.... nulla reparabilis arte
laesa pudicitia est. Ov. her. 5, 101.

voluntas impudicum, non corpus facit. Syr. 498.

nulla satis pudica est de qua quaeritur. Sen. contr. 1, 2.

animo virum pudicae, non oculo eligunt. Syr. 31.

Kind (Knabe).

pueri cum artes difficiles discunt celeriter res innumerabiles arripiunt. Cic. Cat. 21, 78.

puer divitias parentum in conspectu habeat non in usu. Sen. de ira 2, 21.

neminem prope magnorum virorum optimum et utilem filium reliquisse satis claret. Spart. Sev. p. 634.

naturae lege crebro tanquam ex industria mali e bonis, agrestes e doctioribus gignuntur. Aur. Vict. de Caes. 3.

non omnia necesse est facere liberis quaecunque patres imperaverunt. Quint. decl. 271.

liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit. Tac. Agric. 31.

conciliat animos coniugum partus vere. Sen. Herc. Oet. 408.

in liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet: tota res voti est. Sen. ben. 3, 11.

Klage.

sepone questus: non levat miseros dolor. Sen. Hipp. 405.

queritur peremtum nemo quem incolumem timet. Sen. Oed. 243.

Kleid.

mundae vestis electio adpetenda est homini. Sen. ep. 92.

stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione quae vestis modo nobis circumdata est aestimat. Sen. ep. 47.

saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia.
Cic. Tusc. 3, 23, 56.

Klein.

Kleine Ursachen haben grofse Wirkungen.

ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent. Liv. 27, 9.

in destrictis necessitatibus nihil tam leve est quod non interdum etiam contra sperata rerum adferat momenta magnarum.
Amm. Marc. 24, 4, 19.

parvis momentis fortuna magnas rerum commutationes efficit.
Caes. de bello civ. 3, 68.

non sine usu fuerit introspicere illa primo aspectu levia ex quibus magnarum saepe rerum motus oriuntur. Tac. ann. 4, 32.

parva saepe scintilla contempta magnum excitavit incendium.
Curt. 6, 3, 11.

corporis exigui vires contemnere noli:
consilio pollet cui vim natura negavit. Dion. Cat. 2, 9.

. . . . . rerum magnarum parva potest res
exemplare dare et vestigia notitiai. Lucr. 2, 123.

omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. Cic. phil. 5, 11, 31.

nihil tam parvum est quod gloriam parere non possit.
Plin. n. h. 15, 14, 49.

non est pusillum si quid maximo est minus. Syr. 666.

sordent prima quaeque ubi maiora sperantur. Curt. 10, 10, 8.

mos est hominum parvula initia pertinaci studio prosequendi.
Val. Max. 2, 4, 4.

frugi et solitarii homines fortunam parvam protegunt acrius et sanguinis sui periculo muniunt. Apul. met. p. 66.

minuta plebes facili praesidio latet. Phaedr. 4, 6, 13.

minor in parvis fortuna ferit
leviusque ferit leviora deus. Sen. Hipp. 1125.

humilique loco sed certa sedet
sordida parvae fortuna domus,
alte virtus animosa cadit. Sen. Herc. fur. 199.

Klugheit.

prudentia in dilectu bonorum et malorum cernitur.
Cic. fin. 5, 23, 67.

ut medicina valetudinis, sic vivendi ars est prudentia.
Cic. fin. 5, 6, 16.

nunquam prudentia docuit; res ipsas consule: in his negotiari oportet *si verum* vis eluceat. Varr. sent. 76.

rudenti disquisitio ignotorum tanto iucundior quanto subtilior est.
Varr. sent. 145.

citum est periculum ex aliis facere tibi quod ex usu siet.
Ter. Heaut. 1, 2, 36.

xercitatio intellegendi prudentiam acuit. Cic. de orat. 1, 20, 90.

stuc est sapere non quod ante pedes modost
ridere sed etiam illa quae futura sunt
prospicere. Ter. ad. 3, 3, 32.

considera quid dicas non quid cogites. Syr. 571.

.... quoniam non potest id fieri quod vis,
id velis quod possit. Ter. Andr. 2, 1, 5.

tu nihil in vita dices faciesve Minerva. Hor. a. p. 385.

prudentis vultus etiam sermonis locost. Syr. 388.

... quod multorum fugit imprudentiam,
unius hominis repperit sollertia. Phaedr. 4, 5, 48.

saepe dat ingenium quod vis conferre negabat,
compos et arte est qui viribus impar erat.
Theod. No. 393 ed. Meyer.

bene ubi discimus consilium quoi cecidisse, hominem catum
eum esse declaramus. Plaut. Pseud. 6, 8, 1.

crede mihi: miseros prudentia prima relinquit.
Ov. ex Ponto 4, 12, 47.

rebus angustis animosus atque
fortis appare, sapienter idem
contrahes vento nimium secundo
turgida vela. Hor. od 2, 10, 21.

Knechtschaft.

impune potius laedi quam dedi alteri. Phaedr. 4, 4, 13.

in servitute expetunt multa iniqua. Plaut. Amph. 174.

sibi servire gravissima servitus est. Sen. nat. qu. 3 praef.

nulla servitus turpior est quam voluntaria. Sen. ep. 47.

servitus postremum malorum omnium, non modo bello sed morte etiam repellendum. Cic. phil. 2, 44, 113.

in servitutem cadere de regno grave est. Sen. Phoen. 598.

commune servitutis odium. Sen. ben. 3, 19.

si invitus pares, servus es, si volens, minister. Syr. 809.

sub marmore et auro servitus habitat. Sen. ep. 90.

König.

rex est qui metuit nihil,
rex est qui cupiet nihil. Sen. Thy. 388.

natura commenta est regem. Sen. de clem. 1, 19.

ferenda regum ingenia neque usui crebrae mutationes. Tac. ann. 12, 11.

an nescis longas regibus esse manus? Ov. her. 17, 166.

regum maiestas difficilius ab summo fastigio ad medium detrahitur quam a mediis ad ima praecipitatur. Liv. 37, 45.

errat si quis existimat tutum esse ibi regem ubi nihil ab rege tutum est. Sen. de clem. 1, 19.

..... saepe vel linguâ magis
regi atque regno muta libertas obest. Sen. Oed. 523.

pauci reges non regna colunt,
plures fulgor concitat aulae. Sen. Herc. Oet. 617.

reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt,
aedificant nomen; summa nituntur opum vi. Enn. ann. lib. 16.

afflictae regum fortunae facile multorum opes alliciunt ad misericordiam. Cic. de imp. Cn. Pomp. 9, 24.

Pflichten und Rechte.

praeferre patriam liberis regem decet. Sen. Troad. 336.

est regis alti spiritum regi dare. „ „ 331.

regi tuenda maxime regum est salus. Sen. Oed. 242.

regem armis quam munificentia vinci minus flagitiosum est. Sall. Jug. 110.

rex velit honesta, nemo non eadem volet. Sen. Thy. 213.

regi vociferatio verborumque intemperantia non ex maiestate est. Sen. de clem. 1, 7.

quo maior moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Sen. de ira 2, 23.

...... hoc reges habent
magnificum et ingens, nulla quod rapiat dies,
prodesse miseris, supplices fido lare
protegere. Sen. Med. 222.

principem cogi nefas. Sen. Oct. 584.

multa reges in bello praesertim opertis oculis donant. Sen. ben. 4, 37.

reges non liberi solum impedimentis omnibus sed domini rerum temporumque trahunt consiliis cuncta non secuntur. Liv. 9, 18, 6.

..... componitur orbis
regis ad exemplum. Claud. de IV cons. Hon. 299.

apud regem omnis coena iucunda est. Sen. de ira 3, 15.

.... fuge magna: licet sub paupere tecto
reges et regum vita praecurrere amicos. Hor. ep. 1, 10, 32.

Fehler der Könige.

rlucet omne vitium regiae domus. Sen. Agam. 148.
n intrat unquam regium limen fides. „ „ 285.
galis ingenii mos est in praesentium contumeliam amissa laudare et his virtutem dare vera dicendi a quibus iam audiendi periculum non est. Sen. ben. 6, 32.
lere reges dicta quae dici iubent. Sen. Oed. 518.
rave imperium regum nihil inexploratum quod vestigari volunt efficit. Liv. 39, 51.
gise voluntates ut vehementes sic mobiles, saepe ipsae sibi adversae. Sall. Jug. 113.
st regia consuetudo ut casus advorsos hominibus tribuant, secundos fortunae suae. Nep. Dat. 5.
agni constant regum amicis consilia bona. Sen. de ira 3, 14.

Können.

on possumus omnia per nos agere. Cic. pro Rosc. Amer. 38, 111.
on omnia possumus omnes. Verg. ecl. 8, 63.
ossunt quia posse videntur. Verg. Aen. 5, 231.
uid quisque possit, nisi temptando nesciet. Syr. 714.
ihil laudabile quod cuique est possibile. Varr. sent. 128.
ultum posse ad salutem alterius, honori multis, parum potuisse ad exitium, probro nemini unquam fuit. Amm. Marc. 30, 8, 7.
uod potes id tentato, operis ne pondere pressus
uccumbat labor et frustra tentata relinquas. Dion. Cat. 3, 13.
uod potes id tenta: nam litus carpere remis
utius est multo quam velum tendere in altum. „ „ 4, 33.

Kohl.

ccidit miseros crambe repetita magistros. Juv. 7, 149.

Körper.

.... terraque corpus
uae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum.
Enn. ap. Varr. de l. l. 5, 60.

Kränkung.

ontumeliam non fortis pote nec ingenuus pati. Syr. 778.
on potest generosus animus contumeliam pati. Sen. contr. 9, 1.
abet quendam aculeum contumelia quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt. Cic. Verr. 41, 95.
ulti leves iniurias altius demisere dum vindicant.
Sen. de ira 2, 32.

Kraft.

bi vires deficiunt astu utendum est. Phaedr. app. 23, 1.
tis natura homini *dedit* roboris si illo utamur. Sen. ep. 115.

vires nostrae cum rebus quas temptaturi sumus comparandae. Sen. de tranq. an. 6.

aptari onus viribus decet nec plus occupari quam cui sufficere possimus. Sen. ep. 108.

cum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi. Dion. Cat. 4, 12.

nihil arbitrio virium feceris. Dion. Cat. sent. 48.

Krank.

parum est aegrum non esse; fortem et laetum et alacrem volo. Tac. orat. 23.

nihil aeque aegrum reficit atque adiuvat quam amicorum adfectus. Sen. ep. 78.

nihil magis aegris prodest quam curari a quo volunt. Sen. contr. 4, 5.

nullam habet spem salutis aeger quem ad intemperantiam medicus hortatur. Sen. ep. 123.

aegroto dum anima est spes esse dicitur. Cic. ad Att. 9, 10, 3.

medicina aegro non regio quaerenda est. Sen. ep. 104.

non domus et fundus, non aeris acervus et auri
aegroto domino deduxit corpore febres. Hor. ep. 1, 2, 47.

prodest morbum suum nosse et vires eius antequam spatientur opprimere. Sen. de ira 3, 10.

causa multis moriendi fuit: morbum suum nosse. Sen. de brev. vit. 18.

aegrum corpus quassari etiam levibus offensis solet. Amm. Marc. 14, 5.

morborum infinita est multitudo. Plin. n. h. 7, 51, 172.

nunquam sine querela aegra tanguntur. Sen. de ira 3, 10.

animus aeger turpe praebet spectaculum. Syr. 556.

animus aeger semper errat neque poti neque perpeti
potis est . . . ., cupere nunquam desinit. Enn. ap. Cic. Tusc. 3, 3, 5.

Kreislauf.

rebus cunctis inest quidam velut orbis ut quemadmodum temporum vires ita morum vertantur. Tac. ann. 3, 55.

cuncta in orbis modo vertuntur nihilque accidit quod rursum naturae vis ferre nequeat aevi spatio. Aur. Vict. de Caes. 35, 13.

Kürze.

tunc laudanda est brevitas cum moras rumpens intempestivas nihil subtrahit cognitioni gestorum. Amm. Marc. 15, 1, 1.

quisquis adfectat nimiam brevitatem ubi narrantur incognita, non quid signatius explicet sed quid debeat praeteriri scrutatur. Amm. Marc. 23, 16, 1.

Kunst.

s non ea est quae ad effectum casu venit.
Syr. 558. Sen. ep. 29.

nis ars naturae imitatio est. „ „ 65.

tura saepenumero aemulam virium suarum artem esse patitur.
Val. Max. 8, 11, 5.

s cum a natura profecta sit, nisi naturam moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur. Cic. de orat. 3, 51, 197.

s casum simulet. Ov. a. a. 3, 155.

tis maxime proprium est creare et gignere.
Cic. de nat. deor. 2, 22, 57.

on est ars sui iuris cui precarium fundamentum est. Sen. ep. 88.

unquam illi ars proderit cui non primum profuit exercitatio.
Varr. sent. 112.

mnes artes quae ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur.
Cic. de orat. 3, 6, 21.

sus et experientia dominantur in artibus neque est ulla disciplina in qua non peccando discatur. Colum. r. r. 1, 1.

rtem non pudeat proloqui quam factites. Cic. orat. 43, 147.

uam quisque norit artem in hac se exerceat.
Cic. Tusc. 1, 18, 41.

uae artis unusquisque et auctor et disputator optimus est.
Val. Max. 8, 12 prooem.

apientissimi artis suae professores sunt a quibus et propria studia verecunde et aliena callide aestimantur. Val. Max. 8, 12, 1.

onos alit artes. Cic. Tusc. 1, 2, 4.

aupertas omnes artes perdocet. Plaut. Stich. 2, 1, 24.

rtes desidia perdit. Plin. n. h. 35, 1, 5.

ultum semper artibus licuit. Sen. contr. 10, 5.

i illud quod maxime opus est iactu non cadit,
lud quod cecidit forte id arte ut corrigas. Ter. ad. 4, 7, 22.

ulla ars loco discitur. Sen. ep. 104.

Lachen.

.. risu inepto res ineptior nulla est. Cat. 39, 16.

imium risus pretium est si probitatis impendio constat.
Quint. 6, 3, 35.

emo qui coepit ex se, risum praebuit. Syr. 655.

Lächerlich.

est ridiculum ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere quae habere non possumus. Cic. pro Arch. 4, 8.

Landmann.

vita rustica et honestissima et suavissima est.
Cic. pro Rosc. Am. 17, 48.

.... arator
... cum tempora temporibus praesentia confert
praeteritis, laudat fortunas saepe parentis. Lucr. 2, 1166.

fortissimi viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur minumeque male cogitantes. Cat. ap. Plin. n. h. 18, 5, 26.

praedium ne cupide emas. ibid.

in re rustica operae ne parcas, in agro emendo minume.
Cat. ap. Plin. n. h. 18, 5, 26.

agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam, vicinum.
Cat. ap. Plin. n. h. 18, 5, 26.

malus est ager cum quo dominus luctatur. Plin. n. h. 18, 5, 28.

certissimus quaestus est si bene pascas, proxumus si sat bene.
Cato n. h. 18, 5, 28.

nihil minus expedit quam agrum optume colere.
Cato n. h. 18, 5, 36.

Lang.

nil unquam longumst quod sine fine placet. Rut. Nam. 1, 4.

longa mora est nobis omnis quae gaudia differt. Ov. her. 19, 3.

omnisque nimium longa properanti mora est. Sen. Agam. 424.

Langsam.

... mora damnosa est nec res dubitare remittit. Ov. met. 11, 376.

plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est.
Cic. Phil. 6, 3, 7.

Last.

necesse est sicut bona ita onera quoque esse communia.
Quint. decl. 336.

Läugnen.

negare factum facilis res est et nullo patrono indiget, rem manifestam infitiari augentis est crimen non diluentis. Plin. ep. 4, 9.

Leben.

Das Wesen und der Zweck des Lebens.

is demum mihi vivere atque frui anima videtur qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae gloriam quaerit.
Sall. Cat. 2.

vivit is qui se utitur. Sen. ep. 60.

vita sine proposito vaga est. „ „ 95.

omnis homines qui sese student praestare ceteris animalibus summa ope niti decet ne vitam silentio transeant. Sall. Cat. 1.

vita humana prope uti ferrum est:
ferrum si exerceas conteritur exercendo,
si non exerceas interficit robigo.
item homines exercendo conteri videmus:
si nihil exerceas inertia ac torpedo
plus detrimenti facit eis quam exercitio. Cato ap. Gell. 11, 2.

vita vigilia est. Plin. n. h. praef. 18.

vivere militare est. Sen. ep. 95.

omnis vita servitium est. Sen. de tranq. an. 10.

omnis vita supplicium est. Sen. ad Pol. 28.

hominis tota vita nihil aliud quam ad mortem iter est. Sen. ad Pol. 11.

vita bellum aeternum atque anceps gerit. Sall. ad Caes. de rep. ord. 1, 3.

vis est vita, vides, quae nos facere omnia cogit. Lucil. fragm. inc. 32.

vita et mors iura naturae sunt: uti sine dedecore cum civibus, fama et fortuna integer agas, id dono datur atque accipitur. Sall. fragm. inc.

non vivit quicum bene agitur si vivat; vita non sua causa fit sed ut in ea praeclarum aliquid fiat; viatores non eunt ut eant. Varr. sent. 115.

vivere tota vita discendum est. Sen. de brev. vit. 7.

serum est tunc vivere incipere cum desinendum est. Sen. de brev. vit. 4.

maxima vitae iactura dilatio est. „ „ „ „ 9.

male vivunt qui semper vivere incipiunt. Sen. ep. 23.

quidam ante vivere desierunt quam inciperent. „ „ 23.

pulchra res est consummare vitam ante mortem. „ „ 32.

maximum vitae vitium est quod imperfecta semper est. Sen. ep. 101.

dum differtur vita transcurrit. „ „ 1.

incipe: qui recte vivendi prorogat horam
rusticus exspectat dum defluat amnis. Hor. ep. 1, 2, 41.

sordidius multo vivimus quam nascimur. Syr. 748.

alteri vivas oportet si vis tibi vivere. Sen. ep. 48.

ubi non sis qui fueris non est cur velis vivere. Cic. ad fam. 7, 3, 4.

ita vive ut nihil committas nisi quid committere etiam inimico possis. Sen. ep. 3.

sic vive cum hominibus tanquam deus videat, sic loquere cum deo tanquam homines audiant. Sen. ep. 10.
sic vive cum inferiore quemadmodum tecum superiorem velles vivere. Sen. ep. 47.
non ut diu vivamus curandum est sed ut satis. „ „ 93.
non vivere bonum est sed bene vivere. „ „ 70.
bene vivere omni loco positum est. „ „ 28.
aliquando et vivere: fortiter facere est. „ „ 78.
.... vivere doctus
uni vive tibi; nam moriere tibi. anon. 910 ed. Meyer.
nihil probrosius duco quam vivere aliena fiducia. Plin. n. h. 22, 6, 15.

Das Leben ist kurz, nicht ewig.

natura nihil hominibus brevitate vitae praestitit melius. Plin. n. h. 7, 50, 168.
vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Hor. od. 1, 4, 15.
.... festinat enim decurrere velox
flosculus angustae miseraeque brevissima vitae
portio. Juv. 9, 112.
omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Hor. ep. 1, 4, 13.
brevis ipsa vita est sed malis fit longior. Syr. 80.
homo vitae commodatus non donatus est. „ 196.
nec vita nec fortuna hominibus perpes est. „ 313.
o vitam misero longam, felici brevem! „ 353.
vita hominis brevis est: itaque immortalitas est honesta mors. Syr. 813.
incertum est quam longa cuiusque nostrum vita sit futura. Cic. in Verr. act. II, 1, 18, 153.
vitaque mancipio nulli datur omnibus usu. Lucr. 3, 969.
non domus hoc corpus sed hospitium et quidem breve. Sen. ep. 120.
his necesse est videri omnem vitam brevem qui illam voluptatibus vanis et ideo infinitis metiuntur. Sen. ep. 78.
illorum brevissima ac sollicitissima aetas est qui praeteritorum obliviscuntur, praesentia negligunt, de futuro timent. Sen. de brev. vit. 15.
quaeque dies sibi vita sua est; cum transiit illa,
hesternae non est lux hodierna memor. 920, 67 ed. Meyer.
pendet ab axe suo vitae variabilis ordo,
nulla sui certa est, hora nec ulla fuit. 920, 95 ed. Meyer.

reve et irreparabile tempus
s est vitae neque habet fortuna regressus.
1609, 105 ed. Meyer.

a natura nobis vita data est, at memoria bene redditae vitae iterna. Cic. phil. 14, 12, 32.

minis vita unus est dies. Quint. decl. 4, 9.

ıbia incertis versetur vita periclis,
ro tibi pone diem quicunque sequetur. Dion. Cat. 1, 33.

a longa tibi noli promittere vitae:
que ingrederis, sequitur mors corpus ut umbra.
Dion. Cat. 4, 37.

evis est, ars longa. Hippocrates ap. Sen. de brev. vit. 1.

ıuam quis bene vivat, quam diu minus. Syr. 729.

ivet quisquis nesciet bene emori. „ 272.

ivunt qui se semper victuros putant. „ 273.

scias uti longa est. Sen. de brev. vit. 2.

lo fabula sic vita: non quam diu sed quam bene acta sit refert.
Sen. ep. 77. cf. ep. 101.

Geniefse das Leben!

s dum licet esse bene. Petr. 34.

ı vivere et singulos dies singulas vitas puta. Sen. ep. 101.

mis vita est crastina: vive hodie. Mart. 1, 16.

opter edulcare convenit vitam
ıe acerbas sensibus gubernare. Matt. 120 ed. Meyer.

ıt possis quando non quis ut velis.
Caec. ap. Don. in Ter. Andr. 4, 5, 10.

Das Leben ist süfs.

ıt miseris mortalibus spiritu carius. Curt. 6, 4, 11.

ıil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non ıt colere. Cic. ad Her. 4, 14, 20.

› vitae multa et facere et pati turpiter cogit.
Val. Max. 2, 6, 12.

st avidus quisquis non vult
secum moriente mori. Sen. Thy. 884.

ım superest bene est. Sen. ep. 101.

animal ad vitam prodit sine metu mortis. „ „ 121.

s in vita dolor est amittere vitam;
ımel occidimus omnia despicias. 1229 ed. Meyer.

est omnibus vita et iucunda, vel miseris, huius lucis usura.
Calp. Flacc. decl. 26.

ın adeo expetenda ut quoquo modo trahenda sit.
Plin. n. h. 28, 1, 9.

nulli potest secura vita contingere qui de producenda nimis cogitat. Sen. ep. 4.

dum vita grata est mortis condicio optima est. Syr. 130.

Wer lebt glücklich?

eius vita est beatissima cuius et fortunae sapientia et sapientiae fortuna suppeditat. Rut. Lup. de fig. p. 24 ed. Ruhnk.

prorsus ad vivendum is melior qui onere liberior. Apul. de mag. p. 269.

quam felix vita quae sine negotiis transit. Syr. 703.

inter suspecta male vivitur. Sen. ep. 74.

plerique inter mortis metum et vitae tormenta miseri fluctuant. Sen. ep. 4.

in peregrinatione vitam agentibus hoc evenit ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Sen. ep. 2.

.... mortis habet vices
lente cum trahitur vita gementibus. Sen. Herc. Oet. 105.

ingrata vita est cuius acceptae pudet. Sen. Med. 505.

nam poena est potius morbis producere vitam. Asclep. 355 ed. Meyer.

scilicet hic vitae finis qui finis honorum est
cumque sua pereunt prosperitate viri. 920, 63 ed. Meyer.

exigua pars vitae est quam nos vivimus. Sen. de brev. vit. 2.

fas est vita periclitari, qui natum se meminit lege pereundi. Quint. decl. 3, 1.

tolerabilior poena haud posse quam nescire vivere. Syr. 544.

pulchrum est vitam donare minori. Stat. Theb. 6, 816.

vivorum ut magna admiratio ita censura difficilis est. Vell. 2, 36, 3.

nihil est tam fallax quam vita humana, nihil tam insidiosum. Sen. ad Marc. 22.

Lehrer.

magnis praeceptoribus opus est. Sen. contr. 4, 5.

di praeceptorem sancti voluere parentis
esse loco. Juv. 7, 203.

magistrum metue! Dion. Cat. sent. 4.

praeceptores suos adolescens veneratur ac suspicit. Sen. ep. 73.

aut diligendi sunt doctores aut non audiendi. Varr. sent. 54.

homines dum docent discunt. Sen. ep. 7.

praeceptores plus laboris ab eis discipulis exigunt in quibus certior *spes est.* Sen. cur bon. vir. mal. acc. 4.

ncorruptum adolescentem docere unus labor est, corruptum vel duplex vel nil proficiens. Varr. sent. 58.
llum elige eruditorem quem magis mireris in suis quam in alienis. Varr. sent. 53.
apientissimi artis suae professores sunt a quibus et propria studia verecunde et aliena callide aestimantur. Val. Max. 8, 12, 1.
il magnificum docebit qui a se nil didicit. Varr. sent. 67.
also magistri nuncupantur auditorum narratores: sic audiendi sunt ut qui rumores recensere satis ducunt. Varr. sent. 68.
dem et docenti et discenti debet esse propositum ut ille prodesse velit hic proficere. Sen. ep. 108.

Leicht.

juod fieri facile est, dictum intellegi facillimum. Varr. sent. 135.
evius adficit quidquid viribus feras. Quint. decl. 5, 15.
ulli facilius quam malo invenies parem. Syr. 340.
unquam facilius culpa quam in turba latet. „ 341.
evertere unde veneris nihil grave est. „ 733.
imio id quod pudet facilius fertur quam illud quod piget. Plaut. Pseud. 281.
acilius est quaedam vincere quam tueri. Curt. 4, 11, 9.
acilius est multa facere quam diu. Quint. 1, 12, 7.
acilius cuiusque rei in unum contracta species quam divisa temporibus animis oculisque inhaeret. Vell. 1, 14, 1.
acilius est apta dissolvere quam dissipata conectere. Cic. orat. 71, 235.
acilius est divisa subtrahere quam quorum magnitudo laborat in solido. Quint. decl. 5, 12.
cilius est excludere perniciosa quam regere et non admittere quam admissa moderari. Sen. de ira 1, 7.
omnibus rebus facilius est rationem docendi nosse quam vim agendi obtinere. Fronto laud. fum. et pulv. 13.
minimae vires frangere quassa valent. Ov. trist. 3, 11, 22.

Leichtsinn.

ortales inconsideratiores in secunda quam in adversa sunt fortuna. Nep. Con. 5.
nnia inconsulti impetus coepta initiis valida spatio languescunt. Tac. hist. 3, 58.
n semper temeritas est felix. Liv. 28, 42.
um est temeritatis solacium perpetua felicitas. Curt. 9, 9.
ucis temeritas est bono, multis malo. Phaedr. 5, 4, 12.
eca est temeritas quae petit casum ducem. Sen. Agam. 145.
neritas est damnare quod nescias. Sen. ep. 91.

quod nescias damnare summa est temeritas. Syr. 727.
levitatis est inanem aucupari rumorem. Cic. in Pis. 24, 57.
solet esse in dubiis pro consilio temeritas. Syr. 470.
temeritas est florentis aetatis, prudentia senescentis. Cic. Cat. 6, 20.

Leiden.

pati necessest multa mortalem male.
Naev. ap. Hieron. ad Heliod. ep. 3.
quod merito pateris patienter perfer id ipsum:
cumque reus tibi sis ipsum te iudice damna. Dion. Cat. 3, 16.
qui patitur nullis spernitur ille deis.
venit ubi ad summum non progressura ruina est,
sed stetit et retro est viribus acta suis. 920, 116 ed. Meyer.
nescio quomodo omnis pro laborante favor est. Quint. decl. 9, 18.
aspera perpessu fiunt iucunda relatu. 938, 30 ed. Meyer.
patiere quod dant quando optata non danunt (= dant).
Caec. ap. Non. 97, 14.

Leidenschaft.

nullum dominum novit adfectus. Quint. decl. 6, 20.
magni adfectus iura non spectant. „ „ 296.
nihil rationis est ubi semel adfectus inductus est. Sen. de ira 1, 8.
ille in nos dominatur adfectus qui animum primus intravit.
Sen. contr. 1, 8.
in animo perturbato sicut in corpore sanitas esse non potest.
Cic. Tusc. 3, 4, 9.
morbi perniciosiores pluresque animi quam corporis.
Cic. Tusc. 3, 3, 5.
non tantum adfectibus impedimur quo minus probanda faciamus sed imperitia inveniendi quid quaeque res exigat. Sen. ep. 94.
est hoc impotentiae sine fine concupiscere, sine modo irasci.
Sen. contr. 5, 5.
acrius incalescunt ignes legitimi utique cum inciderunt in rudes animos.
Quint. decl. 286 (cf. 291).

Lenken.

nemo regere potest nisi qui et regi. Sen. de ira 2, 15.
immodica nunquam regi possunt nec diu durat quidquid regi non potest. Sen. ben. 6, 31.

Lernen.

disce aliquid: nam cum subito fortuna recessit
ars remanet vitamque hominis non deserit unquam.
Dion. Cat. 4, 19.
disce sed a doctis, indoctos ipse doceto:
propaganda etenim rerum doctrina bonarum. „ „ 4, 23.

.... labora
discere ne te res ipsa ac ratio ipsa refellat.
Lucil. 9, 19 ap. Non. p. 196.
tam diu discendum est homini quam diu nesciet. Syr. 758.
tam diu discendum est quam diu nescias et quam diu vivas.
Sen. ep. 76.
et discas oportet et quod didicisti agendo confirmes. „ „ 94.
quidquid discis tibi discis. Petr. 46.
non scholae sed vitae discimus. Sen. ep. 106.
discere ne cessa: cura sapientia crescit;
rara datur longo prudentia temporis usu. Dion. Cat. 4, 27.
ne pudeat quae nescieris te velle doceri:
scire aliquid laus est, culpa est nil discere velle. „ „ 4, 29.
cum tibi contigerit studio cognoscere multa,
fac discas multa et vita nil velle doceri. „ „ 4, 48.
nemini quia senex addiscit verecundia est incutienda; melius enim senem addiscendo pati erubescentiam quam per ignorantiam poenam promereri aeternam. Varr. sent. 157.
..... haut aequom facit
qui quod didicit id dediscit. Plaut. Amph. 687.
dediscit animus sero quod didicit diu. Sen. Troad. 637.
quod quisque perperam dedicit in senectute confiteri non vult.
Petr. 4.
nolunt discere qui nunquam didicerunt. Sen. de ira 3, 36.
sunt quaedam quae eradenda sunt ab animo discentis quia inserendi veri locum occupant. Varr. sent. 57.
certis ingeniis immorari et innutriri oportet si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Sen. ep. 2.

Lesen.

libros lege! Dion. Cat. sent. 16.
quae legeris memento. „ „ „ 17.
legere et non intelligere negligere est Dion. Cat. prooem.
non quae vel quot legeris sed quae vel quot scieris attendendum.
Varr. sent. 83.
alit lectio ingenium. Sen. ep. 84.
aiunt multum legendum esse non multa. Plin. ep. 7, 9, 15.
lectio auctorum multorum et omnis generis voluminum habet aliquid vagum et instabile. Sen. ep. 2.
multa legas facito, perlectis perlege multa;
nam miranda canunt sed non credenda poetae. Dion. Cat. 3, 17.
lectio certa prodest, varia delectat. Sen. ep. 45.
lectio quae placuit decies repetita placebit. Hor. a. p. 365.

Liebe.

Liebe ist allmächtig.

nihil difficile amanti. Cic. orat. 10, 33.

. . . obsequio plurima vincit amor. Tib. 1, 4, 40.

improbe amor quid non mortalia pectora cogis? Verg. Aen. 4, 412.

amor magister est optimus. Plin. ep. 4, 19, 4.

nec mortem effugere quisquam nec amorem potest. Syr. 312.

omnia vincit amor. Verg. ecl. 10, 69.

longe valentior amor ad obtinendum quod velis quam timor. Plin. ep. 8, 24, 6.

vicit et superos amor. Sen. Herc. Oet. 473.

invicta gerit tela Cupido. Sen. Oct. 810.

amor etiam deos tangit. Petr. 83.

quod nunc arduum factum videtur, amore per dies roborato, facile videtur effectu. Apul. met. p. 145.

flamma saevi amoris parva quidem primo vapore delectat sed fomento consuetudinis exaestuans immodicis ardoribus totos adurit homines. Apul. met. p. 145.

Der Liebe zu entsagen ist schwer.

difficile est longum subito deponere amorem. Catull. 76, 13.

verus amor nullum novit habere modum. Prop. 3, 7, 30.

amor extorqueri non pote, elabi pote. Syr. 25.

amori finem tempus non animus facit. „ 553.

amor animi arbitrio sumitur non ponitur. „ 24.

. . . ignem Veneris nisi si Venus ipsa
nulla est quae possit vis alia opprimere. Val. Aed. 27 ed. Meyer.

is tantum in amore sanatur qui quod desinit sibi debet. Quint. decl. 14, 9.

facilius in amore finem impetres quam modum. Sen. contr. 2, 2.

. . . quisquis in primo obstitit
pepulitque amorem, tutus ac victor fuit;
qui blandiendo dulce nutrivit malum,
sero recusat ferre quod subiit iugum. Sen. Hipp. 133.

. . . vitare plagas in amoris ne iaciamur
non ita difficilest quam captum retibus ipsis
exire et validos Veneris perrumpere nodos. Lucr. 4, 1138.

omnes humanos sanat medicina dolores
solus amor morbi non amat artificem. Prop. 2, 1, 57.

amoris vulnus idem sanat qui facit. Syr. 26.

qui pote transferre amorem pote deponere. „ 424.

vinceris aut vincis: haec in amore rota est. Prop. 2, 8, 8.

Liebe und Verstand schliefsen sich aus.

amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt. Syr. 13.
amare et sapere vix deo conceditur. „ 16.
cum ames non sapias aut cum sapias non ames. „ 107.
expers iudicii est amor. Calp. Flacc. decl. 2.
credula res amor. Ov. met. 7, 831.

Versöhnung in der Liebe.

amantium irae amoris redintegratio est. Ter. Andr. 3, 3, 23.
iurgia conflat amor ut blandius urat amantes,
ad tumulum fidei iurgia conflat amor. anon. 637 ed. Meyer.
nihil facilius quam amor recrudescit. Sen. ep. 69.
ab amante lacrimis redimas iracundiam. Syr. 2.

Furcht und Liebe sind Gegensätze.

amor misceri cum timore non potest. Syr. 27. Sen. ep. 47.
amor timere neminem verus potest. Sen. Med. 417.

---

res est solliciti plena timoris amor. Ov. her. 1, 11.
cuncta timemus amantes. Ov. met. 7, 719.

Folgen der Liebe.

amans quod suspicatur vigilans somniat. Syr. 14.
amans iratus multa mentitur sibi. „ 11.
in amore semper causa damni quaeritur. „ 610.
in Venere semper certat dolor et gaudium. „ 231.
in Venere semper dulcis est dementia. „ 232.
votis suis amor plerumque praecurrit. Plin. ep. 4, 15, 11.
haerere amantes post vagos ignes solent. Sen. Herc. Oet. 379.
saepe obstinatis induit frenos amor
et odia mutat. Sen. Hipp. 575.
cantica gignit amor et amorem cantica gignunt;
cantandum est ut ametur et ut cantetur amandum.
Tucc. 545 ed. Meyer.
nec Veneris nec tu vini capiaris amore:
uno namque modo vina Venusque nocent.
multos caecus amor cogit secreta fateri,
arcanum demens detegit ebrietas. Vit. No. 535 ed. Meyer.

Eigentümlichkeiten der Liebe.

amantis iusiurandum poenam non habet. Syr. 15.
blanditia non imperio fit dulcis Venus. „ 65.
amor non imperatur. Plin. pan. 85, 3.
amari iucundum est si curetur ne quid insit amari. Quint. 9, 3, 70.
falsi in amore odia non fingunt. Tac. ann. 6, 50.

nisi qui ipse amavit aegre amantis ingenium inspicit.
Plaut. mil. glor. 640.
non facile diiudicatur amor verus et fictus. Cic. ad fam. 9, 16, 2.
non unquam spem ponit amor. Sil. Ital. 8, 95.
odit verus amor nec patitur moras. Sen. Herc. fur. 588.
castum haud superat labor ullus amorem. Sil. Ital. 3, 113.
amantium plura oscula et complexus arctiores non augent amorem sed exercent. Sen. ben. 7, 13.
aeque facilitas amoris quam difficultas nocet. Sen. ep. 116.
ut in furorem caritas aliqua convalescat opus est difficultatibus.
Quint. decl. 14, 8.
nil transit amantes. Stat. Theb. 2, 335.
dum sortem natura rapit, sua taedia solus
fallere nescit amor. 1610, 42 ed. Meyer.
cum propter pecuniam ames, idem amoris et spei finis est.
Quint. decl. 1, 3.
amatoris unum remedium est: amari. „ „ 14, 9.
amor velis nolis in senectute frigidior est. Calp. Flacc. decl. 36.
..... alius est Amor
alius Cupido. Afran. Cin. III, 23 ed. Ribbeck.

Wesen und Ursprung der Liebe.

amor animi peculiare secretum est. Calp. Flacc. decl. 32.
amor fortuitus et iugis est et iucundus.
Fronto ad M. Aur. 1, 5, 11.
non mihi amor videtur qui ratione oritur et certis de causis copulatur. Fronto ad M. Aur. 1, 5, 9.
nihil aeque amorem incitat et accendit quam carendi metus.
Plin. ep. 5, 19, 6.
in amore contentio semper accendit. Quint. decl. 14, 9.
longa conversatio amorem inducit. Sen. de tranq. 1.
magnus est amor qui ex misericordia venit. Sen. contr. 8, 6.
moribus et forma conciliandus amor. Ov. her. 6, 94.
in amore forma plus valet quam auctoritas. Syr. 609.
cogas amantem irasci amare si velis. „ 569.
amans ita ut fax agitando ardescit magis. „ 12.
amor otiosae causa solitudinis. „ 554.
amor ut lacrima oculis oritur, in pectus cadit. „ 28.
amat qui se sic amari putat ut taedium non pertimescat.
Plin. ep. 8, 21, 5.

Verhaltungsmaſsregeln.

si vis amari ama. Sen. ep. 9.
mens ubi amaris ama. No. 547 ed. Meyer.

libenter ferto amorem. Dion. Cat. sent. 56.

dilige sic alios ut sis tibi carus amicus,
sic bonus esto bonis ne te mala damna sequantur.
Dion. Cat. 1, 11.

rectum est ut eos qui nobis carissimi esse debeant aeque ac nosmet ipsos amemus. Cic. Tusc. 3, 29, 73.

non obligandus sed remunerandus est in amoris officio qui prior coepit. Plin. ep. 7, 31, 7.

hac fini ames tanquam forte et osurus; hac itidem tenus oderis tanquam fortasse post amaturus. Gell. 1, 3, 30.

amare iuveni fructus est, crimen seni. Syr. 20.

cras amet qui nunquam amavit quique amavit cras amet.
Pervig. Ven. 1.

qui te diligat aetati facieque tuae se
fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.
Lucil. fr. 7, 3 ap. Gell. 9, 23.

cum te detineat Veneris damnosa voluptas,
indulgere gulae noli quae ventris amica est. Dion. Cat. 4, 10.

cum Venere et Baccho lis est sed iuncta voluptas;
quod blandum est animo complectere sed fuge lites.
Dion. Cat. 4, 30.

List.

cum contendi nequitum vi, clam tendenda est plaga.
Pacuv. ap. Fest. p. 162.

dolo pugnandum est dum quis par non est armis.
Nep. Hann. 10, 4.

astu non vi summam servare decet rem. Enn. ap. Fest. p. 298.

Lob.

Was ist lobenswert?

nulla est laus ibi esse integrum ubi nemo est qui aut possit aut conetur corrumpere. Cic. in Verr. 1, 16, 46.

id facere laus est quod decet non quod licet. Sen. Oct. 456.

principibus placuisse viris non ultima laus est. Hor. ep. 1, 17, 35.

nocere posse et nolle laus amplissima est. Syr. 332.

quod omnis laudes habet id est optumum.
Cic. de opt. gen. orat. 2, 6.

quam magnum est non laudari et esse laudabilem. Syr. 396.

solet sequi laus cum viam fecit labor. „ 472.

laus non est in facto sed in eo quemadmodum fiat. Sen. ep. 95.

Lob ist nützlich und schädlich.

laus alit artes. Sen. ep. 102.

magnificum est laudari a laudato viro. ibid.

excitat auditor studium laudataque virtus
crescit et immensum gloria calcar habet. Ov. ex. Ponto 4, 2, 35.
quum te aliquis laudat iudex tuus esse memento:
plus aliis de te quam tu tibi credere noli. Dion. Cat. 1, 14.
diu laudare non expedit. Quint. decl. 6, 3.
qui se laudari gaudet verbis subdolis
sera dat poenas turpes poenitentia. Phaedr. 1, 13, 1.
laudaris quodcunque palam, quodcunque probaris,
hoc vide ne rursum levitatis crimine damnes. Dion. Cat. 4, 25.
parce laudato: nam quem tu saepe probaris
una dies qualis fuerit monstrabit amicus. „ „ 4, 28.

Lob ist angenehm.

ea est iucunda laus quae ab iis proficiscitur qui ipsi in laude vixerunt. Cic. ad fam. 15, 6, 1.

omnes mortales sese laudari exoptant. Enn. ap. August. ep. 264.

ea demum laus grata esse potestati debet excelsae cum interdum et vituperationi secus gestarum pateat locus. Amm. Marc. 15, 5, 38.

---

qualis quisque sit scies si quemadmodum laudet quemadmodum laudetur aspexeris. Sen. ep. 52.

sic natura comparatum est ut eum quem laudes etiam ames. Apul. flor. p. 13.

hoc uno modo sapiens se laudat, quae in ipso apparent bona in aliis admirando. Varr. sent. 143.

multi laudem amittunt quoniam ipsi eam de se praedicant. Varr. sent. 142.

nulli patientius reprehenduntur quam qui maxime laudari merentur. Plin. ep. 7, 20, 1.

neminem cito accusaveris, neminem cito laudaveris. Syr. 786.

laus nova ni oritur etiam vetus amittitur. „ 250.

multo deformius amittere quam non adsequi laudem. Plin. ep. 8, 24, 9.

laus vera et humili saepe contingit viro,
non nisi potenti falsa. Sen. Thy. 211.

nemo tam efflictis est moribus quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat. Gell. 2, 6, 9.

lascivia et laus nunquam habent concordiam. Syr. 249.

in laudem vetustorum invidia non obstat. Sen. ben. 7, 8.

ingenia melius recta se in laudes ferunt
si nobilem animum vegeta libertas alit. Sen. Hipp. 460.

Lügner.

nihil mentire. Dion. Cat. sent. 35.
solent mendaces luere poenas malefici. Phaedr. 1, 17, 1.
falsum maledictum malevolum mendacium est. Syr. 589.
quae decipiunt nihil habent solidi. Sen. ep. 79.
qui mentitur fallit quantum in se est ... vir bonus praestare debet ne mentiatur. P. Nigid. ap. Gell. 11, 11.
multi mentiuntur ut decipiant multi quia decepti sunt. Sen. de ira 2, 29.
mentiuntur plerumque torti. Quint. decl. 379.
dignitates cum indagare vera pigeat ignorantiae pudore mentiri non piget. Plin. n. h. 5, 1, 12.
nullum tam impudens mendacium est ut teste careat. Plin. n. h. 8, 22, 82.
tenue est mendacium: perlucet si diligenter inspexeris. Sen. ep. 79.
mendacem memorem esse oportet. Apul. de mag. p. 312.
non deprehenditur mentiens in his quae nemo novit. Varr. sent. 69.
qui semel a veritate deflexit hic non maiore religione ad periurium quam ad mendacium perduci consuevit. Cic. pro Rosc. Com. 16, 46.
ubi semel quis peieraverit ei credi postea etiamsi per plures deos iuret non oportet. Cic. Rabir. 13, 36.
quicunque turpi fraude semel innotuit
etiamsi verum dicit amittit fidem. Phaedr. 1, 10, 1.

Macht.

omne ius in validioribus est. Fronto de orat. 1, 4, 2, 4.
potestas non solum si invitat sed etiam si supplicat cogit. Macr. sat. 2, 7.
nemo potentes aggredi tutus potest. Sen. Med. 431.
contra potentes nemo est munitus satis;
si vero accessit consiliator maleficus,
vis et nequitia quidquid oppugnant ruit. Phaedr. 2, 6, 1.
minuuntur iura quoties gliscit potestas. Tac. ann. 3, 69.
male vim suam potestas aliorum contumeliis experitur. Plin. ep. 8, 24, 6.
quod non potest vult posse qui nimium potest. Sen. Hipp. 216.
minimum decet libere cui multum licet. Sen. Troad. 340.
ea demum tuta est potentia quae viribus suis modum imponit. Val. Max. 4, 1. ext. 8.

non est invidiosa potestas quae misericordia vincit.
Sen. contr. 1, 5.

quo plus potestis eo moderatius imperio uti debetis. Liv. 34, 7.

..... quoque fortuna altius
evexit ac levavit humanas opes,
hoc se magis supprimere felicem decet
variosque casus tremere. Sen. Troad. 263.

nulla est tanta potentia in quam non incurrat iniuria.
Sen. de ira 3, 25.

incertae sunt potentium res. Tac. ann. 12, 42.

nulla potentia scelere quaesita cuiquam est diuturna. Curt. 10, 10.

nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est quam fama potentiae non sua vi nixa. Tac. ann. 13, 9.

multa ignoscendo fit potens potentior. Syr. 647.

Majestät.

maiestas imperii est salutis tutela. Curt. 8, 5.

grato et iucundo introitu animis hominum adlabitur maiestas admirationis praetexto velata. Val. Max. 2, 10 prooem.

Mangel.

animi est ista mollitia non virtus paulisper inopiam ferre non posse.
Caes. de bello gall. 7, 77, 5.

Mann.

...... longe praestat in arte
et sollertius est multo genus omne virile. Lucr. 5, 1352.

sed virum virtute vera vivere animatum addecet.
Enn. ap. Gell. 7, 17.

conqueri fortunam adversam non lamentari decet;
id viri est officium. Pac. ap. Cic. Tusc. 2, 21, 50.

non sentire mala sua non est hominis et non ferre non est viri.
Sen. ad Pol. 36.

erat istuc virile ferre advorsam fortunam facul. (= facile).
Att. ap. Non. 111, 23.

haud est virile terga fortunae dare. Sen. Oed. 86.

Mars.

aequum Mars amat. Petr. 34.

luxuriae rictu Martis marcent moenia. „ 55.

Maske.

nemo potest personam diu ferre. Sen. de clem. 1, 1.

Mafs (Mitte).
Halte Mafs!

nihil nimis. Cic. fin. 3, 22, 73.

nihil nimium cupe. Chilo ap. Plin. n. h. 7, 31, 119.

omnibus in rebus . . . optumum habitu est,
mnia nimium exhibent negotium hominibus ex se.
Plaut. Poen. 1, 2, 28.

lus in rebus, sunt certi denique fines
tra citraque nequit consistere rectum. Hor. sat. 1, 1, 106.

se quemque suo modulo ac pede verum est.
Hor. ep. 1, 7, 98.

a est mensura sui spectandaque rebus
nis minimisque. Juv. 10, 35.

metitur pondera ferre potest. Mart. 12, 98, 8.

. intra
m debet quisque manere suam. Ov. trist. 3, 4, 25.

fectare quod tibi non est datum
ne spes ad querelam recidat. Phaedr. 3, 18, 14.

aodicis aequalitas facile habetur. Tac. hist. 2, 38.

magnitudini facere debes cum fortuna non facit. magni ris est inter secunda moderatio. Sen. suas. 1.

ensuram gratia nulla datur. Asclep. No. 302 ed. Meyer.

a mensis, a lecto surge pudicus. No. 921 ed. Meyer.

etiam magnitudini modus est. Sen. suas. 1.

iudex omnium rerum utilissimus. Plin. n. h. 18, 6, 37.

rebus longius aevum est. Sen. Agam. 102.

as miseria est rumoris boni. Macr. sat. 2, 7, 11.

oluptatibus perniciosius si modus absit.
Plin. n. h. 14, 5, 58.

animus ad frugalitatem magna vi reducendus a qua paulu- discessit. Sen. ep. 95.

tenere in eo difficile est quod bonum esse credideris.
Sen. ep. 23.

ıs est moderari ubi dolori debetur ultio quam ubi exemplo.
Sen. de clem. 1, 20.

Von der Mittelstrafse.

tutissimus ibis. Ov. met. 2, 137.

s medium defugit iter
nunquam tramite curret. Sen. Herc. Oet. 676.

vives . . . neque altum
urgendo neque dum procellas
horrescis nimium premendo
iquum. Hor. od. 2, 10, 1.

m interest inter modum et angustias. Sen. ben. 2, 34.

s pecuniae modus est qui nec in paupertatem cadit nec procul apertate discedit. Sen. de tranq. an. 8.

luxuriam fugito, simul et vitare memento
crimen avaritiae: nam sunt contraria famae. Dion. (
nec volo me summis fortuna nec adplicet imis
sed medium vitae temperet illa gradum.
invidia excelsos, inopes iniuria vexat:
quam felix vivit quisquis utroque caret. Mart. 200

Vom Ueberschreiten des Mafses.

nescia mens hominum ....
... servare modum rebus sublata secundis. Verg. Aen
secunda non habent unquam modum. Sen.
cum omnia quae excesserunt modum noceant, periculosiss
tatis intemperantia est. Sen. cur bon. vir. n
homo nisi magna sapientia praeditus vix facile sese region
magnis in fortunis et copiis continet. Cic. de leg. ag
in omnibus ad vitae munia utendis quidquid aptam mo
supergreditur, oneri potius quam usui exuberat.
Apul. de m
nunquam perniciosa servant modum. Se

---

quae res in se neque consilium neque modum
habet ullum, eam consilio regere non potes. Ter. eun
mortales recentem aliorum felicitatem acribus oculis in
modumque fortunae a nullis magis exigunt quam quos
viderunt. Tac. h

Meiden.

dulce etiam fugias fieri quod amarum potest.
naturale est ut semper animus ab eo refugiat ad quod cu
revertitur. Sen. a
omnia quae vindicaris in altero tibi ipsi vehementer fugi
Cic. Ver
... non faciam cuiquam quae tempore eodem
nolim facta mihi. Auson. e

Meineid.

oderunt di homines iniuros. Naev. ap. Non
periurii poena divina exitium, humana dedecus.
Cic. de leg.

Meinung.

quaecunque opinio veritati repugnat falsa est. Se
inter dispares sententias mitior vincat. Sen. c
singulos integra re dissentire fas est, peracta quod plurit
cunctis tuendum. Plin. ep

Mensch.

magnam rem puta unum hominem agere. Sen. ep. 120.
memineris te hominem esse. Plin. ep. 9, 12, 2.
ut homines sunt ita morem geras. Plaut. most. 3, 2, 36.
quemcunque miserum videris hominem scias. Sen. Herc. fur. 463.
homo sum, humani nihil a me alienum puto. Ter. heaut. 1, 1, 25.
quot homines tot sententiae. Ter. Phorm. 2, 3, 14.
quidquid patimur mortale genus,
quidquid facimus venit ex alto. Sen. Oed. 982.
non cum homine soleo sed cum causa dissidere. Cic. phil. 11, 6, 15.
cum tibi proponas animalia cuncta timere,
unum praecipio tibi plus hominem esse timendum. Dion. Cat. 4, 11.
homo in adiutorium mutuum genitus est. Sen. de ira 1, 5.
natura hominem conciliat homini et ad orationis et ad vitae societatem impellitque ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri velit. Cic. off. 1, 4, 12.

Eigenschaften des Menschen.

non est homo tumultuarium aut incogitatum opus. Sen. ben. 5, 23.
exemplum dei quisque est in imagine parva. Manil. astr. 4, 884.
caducum circa initia animal homines sumus. Quint. decl. 306.
mortalis nemo est quem non attingat dolor
morbusque. Cic. Tusc. 3, 25, 61.
totus homuncio nil est. Petr. 34.
cuncta mortalium incerta. Tac. ann. 1, 72.
ignaris homines in vita mentibus errant. Cic. Tusc. 1, 48, 115.
falso queritur de fortuna sua genus humanum quod imbecilla atque aevi brevis forte potius quam virtute regatur. Sall. Jug. 1.
homini plurima ex homine sunt mala. Plin. n. h. 7 praef. 5.
.... in vita divom metus urget inanis
mortalis casumque timent quem cuique ferat fors. Lucr. 3, 980.
..... sunt hic etiam sua praemia laudi,
sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt.
Verg. Aen. 1, 461.
effici non potest ut mores aliquid ipso homine mortalius esse intellegant. Plin. n. h. 36, 15, 110.
humanae mentes frustratae boni spe asperius offenduntur cum mutato rectore flagitioso aerumnarum vis manet.
Aur. Vict. de Caes. 40, 30.
..... audax omnia perpeti
gens humana ruit per vetitum nefas. Hor. od. 1, 3, 25.
homo ab stirpe ipsa neque absolute bonus neque malus nascitur.
Apul. de phil. mor. p. 58.

homo genitus non omnia humana novit. Plin. n. h. 3, 1, 1.
sumus ita natura comparati ut proximorum incuriosi longinqua sectemur. Plin. ep. 8, 20, 1.
hominum natura novitatis et peregrinationis avida est. Plin. n. h. 17, 10, 66.
inquieta res est homo cui iam in deterius nihil superest. Calp. Flacc. decl. 6.
homo non sibi natus sed patriae. Plat. ap. Cic. fin. 2, 14, 45.
hominis est adfici dolore, sentire; resistere tamen et solatia admittere, non solatiis non egere. Plin. ep. 8, 16, 4.
homo homini deus est si suum officium sciat. Caec. ap. Symm. ep. 9, 114.

Menschlich.

omnia humana tolerabilia ducenda. Cic. ad Att. 12, 11, 1.
misereri sortis humanae subit praeter fortuita casusque et quae nova omnis hora excogitat milia morborum singulis mortalium timenda reputanti. Plin. n. h. 25, 3, 23.
mitte arcana dei caelumque inquirere quid sit;
quum sis mortalis quae sunt mortalia cures. Dion. Cat. 2, 2.
humanum amarest, humanum autem ignoscerest. Plaut. merc. 2, 2, 47.
humana consilia castigantur ubi se caelestibus praeferunt. Val. Max. 1, 6, 11.
est humanus animus insatiabilis eo quod fortuna spondet. Liv. 4, 13, 4.
humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat. Val. Max. 5, 1 ext. 6.
humanitatis optima est certatio. Syr. 201.

Methode.

hic perfecte methodum habet qui idem est repentinus qui praeparatus. Varr. sent. 41.

Miene.

voltus totus sermo quidam tacitus mentis est. Cic. in Pis. 1, 1.
animi est omnis actio et imago animi voltus, indices oculi. Cic. de orat. 3, 59, 221.
heu quam difficile est crimen non prodere vultu! Ov. met. 2, 447.
magna consilia non bene vultus tegit. Sen. contr. 2, 5.
.... magna nolentem quoque
consilia produnt. Sen. Thy. 331.
voltu saepe laeditur pietas. Cic. pro Rosc. Am. 13, 37.
voltus perpetua nocte coopertus et timidus non concipit nefas. Quint. decl. 1, 6.

Milde.

rocitati mansuetudo est remedium. Phaedr. app. 10, 15.
ansuete immansueta tractanda sunt. Sen. de ira 3, 27.
ignum timoris remedium clementia est. Sen. Oct. 444.
insueta tutiora sunt sed serviunt. Syr. 636.
rpetuo vincit qui utitur clementia. „ 372.
is certaminum fortuita est, certa clementiae.
Symm. laud. in Val. 2, 19.
la deos aequat clementia nobis. Claud. de IV. cons. Hon. 277.
nil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius clementia.
Cic. off. 1, 26, 88.
ntumacia inferiorum lenitas imperitantis deminuitur.
Tac. ann. 16, 28.
recundiam peccandi facit ipsa clementia regentis; gravior multo poena videtur quae a miti viro constituitur. Sen. de clem. 1, 22.
igus ad clementiam suapte natura proclive.
Amm. Marc. 19, 10, 3.
ementia ornamentum imperiorum est simul et certissima salus.
Sen. de clem. 1, 11.
t clementia omnibus quidem hominibus secundum naturam, maxime tamen decora imperantibus. Sen. de clem. 1, 5.
illum clementia ex omnibus magis quam regem aut principem decet.
Sen. de clem. 1, 3.
gum ducumque clementia non in ipsorum modo sed etiam in illorum qui parent ingeniis sita est. Curt. 8, 7, 8.

---

hil est quod non arte curaque si non potest vinci mitigetur.
Plin. ep. 8, 4, 4.

Misfallen.

um tibi displiceat rerum fortuna tuarum,
terius specta quo sis discrimine peior. Dion. Cat. 4, 32.

Mitleid.

rum nos magis miseret qui nostram misericordiam non requirunt quam qui illam efflagitant. Cic. Mil. 34, 92.
na comparat praesidia misericordia. Syr. 66.
isericors civis patriae est consolatio. „ 640.
illo in loco male audit misericordia. „ 672.
tens misericors publica est felicitas. „ 377.
mo qui in homine calamitoso est misericors meminit sui.
Syr. 517.
egregium est hostem abicere non minus tamen laudabile infelicis scire misereri. Val. Max. 5, 1, 8.

truces quoque animos misericors natura debilitat. Sen. contr. 1, 4.
misericordiae maximum munus est servare nolentem. Calp. Flacc. decl. 41.
frustra rogatur qui misereri non potest. Syr. 597.
plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit. Caes. de bello gall. 7, 26.
mortem misericors saepe pro vita dabit. Sen. Troad. 333.
nihil est venali misericordia turpius. Sen. contr. 4, 8.
saepe qui misereri potuit misericordiam rogat. „ „ 9, 4.
semper maiorem locum habet is cuius miseremur. Quint. decl. 328.
misericordia occurrere solet supplicibus nulla oratione evocata. Cic. Deiot. 14, 40.
favor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restincta considunt. Plin. ep. 2, 11, 6.
commiserationem brevem esse oportet, nihil enim lacrima citius arescit. Corn. ad Her. 2, 31, 50.

Mittelmäfsigkeit.

in plerisque rebus mediocritas optima est. Cic. off. 1, 36, 130.
mediocria et in turbam nascentia saepe fortuna producit, eximia vero ipsa raritate commendat. Sen. ep. 42.
inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri et difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi. Caes. de bello civ. 3, 20.

Mühe.

quod vix contingit, ut voluptatem parit! Syr. 441.
ex praemii spe fit laboris solatium. „ 587.
nusquam nec opera sine emolumento nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Liv. 5, 4, 4.
quae scripsimus cum labore etiam cum labore audiri putamus. Plin. ep. 2, 19, 5.
quam magis aerumna urget tam magis ad malefaciendum viget. Enn. ap. Quint. 9, 3, 15.

Müssen.

nihil est necesse. Cic. orat. 69, 230.

Mund.

os est animi vestibulum et orationis ianua et cogitationum comitium. Apul. de mag. p. 255.

Munter.

vegeta et strenua ingenia quo plus recessui sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Val. Max. 3, 6, 1.

Muse.

› Jove principium Musae. Verg. ecl. 3, 60.
ignum laude virum Musa vetat mori. Hor. od. 4, 8, 28.
ıem referent Musae vivet, dum robora tellus,
ım caelum stellas, dum vehet amnis aquas. Tib. 1, 4, 65.
›n datur ad Musas currere lata via. Prop. 4, 1, 14.
utandum tibi propositum est et vitae genus,
trare si Musarum limen cogitas. Phaedr. 3, praef. 15.

Musik.

inuentur atrae carmine curae. Hor. od. 4, 11, 35.

Mufse (Ruhe).

ta otiosa regnum est et curae minus. Syr. 855.
ıire silentio et tenebris animus alitur. Plin. ep. 9, 35, 1.
ariam semper dant otia mentem. Luc. Phars. 4, 702.
. . . vires instigat alitque
›mpestiva quies, maior post otia virtus. Stat. silv. 4, 4, 33.
ıiserias lenit quies. Sen. Med. 560.
centia ex diutino otio colligitur. Liv. 28, 24.
aollit viros otium, ferrum situ carpitur et rubiginem ducit, desidia dedocet. Sen. contr. 2, 2.
ailitare otium fere tumultuosum est. Amm. Marc. 14, 7, 9.
ıb inquieto saepe simulatur quies. Sen. Oed. 682.
ıe bonus sit quaerit, qui otii causas sectatur. Varr. sent. 121.

---

pleraque tacita tantum ex minimo commota latissime serpunt.

Mut (Tapferkeit).

Seid mutig!

. . . . vivite fortes
fortiaque adversis opponite pectora rebus. Hor. sat. 2, 2, 136.
› passi graviora, dabit deus his quoque finem. Verg. Aen. 1, 199.
. . . . o fortes peioraque passi
necum saepe viri nunc vino pellite curas. Hor. od. 1, 7, 30.
u ne cede malis sed contra audentior ito. Verg. Aen. 6, 95.
udendo virtus crescit tentando timor. Syr. 40.
ıta virtus est quando ussust qui malum fert fortiter. Plaut. asin. 323.
. . . . turpis lenti sollertia Martis;
udendo bella expedias. Sil. Ital. 13, 772.
irtus in adversis comes, virum fortem tu sola non decipis. Calp. Flacc. decl. 50.
. . . dea sola in pectore virtus
ıllantum viget. Sil. Ital. 5, 126.

non novit virtus calamitati cedere. Syr. 337.
virtuti melius quam fortunae creditur. „ 771.
nihil virtus inexpertum omittit. Curt. 5, 9, 7.
nihil tam alte natura constituit quo virtus non possit eniti. Curt. 7, 11, 10.
invia virtuti nulla est via. Ov. met. 14, 113.
nil virtuti invium. Tac. Agric. 27.
audentem forsque (Venusque) iuvant. Ov. a. a. 1, 608.
audentes deus ipse iuvat. Ov. met. 10, 586.
audentes fortuna iuvat. Sen. ep. 94.
fortes fortuna adiuvat. Liv. 34, 37.
fortitudini fortuna quoque esse adiumento solet. Corn. ad Her. 3, 5, 9.
fortibus est fortuna viris data. Enn. ap. Macr. sat. 6, 1, 62.

Wie wird Mut erzeugt?

errat qui putat virtutem posse conduci et animum pecunia fieri. Quint. decl. 345.

iustum ac tenacem propositi virum
non civium ardor prava iubentium
non vultus instantis tyranni
mente quatit solida. Hor. od. 3, 3, 1.

acerrima virtus est quam ultima necessitas extundit. Sen. de clem. 1, 12.
virtutis uberrimum alimentum est honos. Val. Max. 2, 6, 5.
plus animi est inferenti periculum quam propulsanti. Liv. 28, 44.
facilius est exigere magnum animum quam praestare. Quint. decl. 279.
fortem animum praestant rebus quas turpiter audent. Juv. 6, 177.
verba virtutem non addunt. Sall. Cat. 58. cf. Jug. 85.
increscunt animi, virescit volnere virtus. Fur. ap. Gell. 18, 11, 4.
ardua virtutem profert via. Sil. Ital. 2, 578.

---

enervis animos odisse virtus solet. Val. Max. 2, 7, 15.
marcet sine adversario virtus. Sen. cur bon. vir. mal. fi. 2.
post multa virtus opera laxari solet. Sen. Herc. fur. 476.

. . . . . blandoque veneno
desidiae virtus paulatim evicta senescit. Sil. Ital. 3, 580.

Kennzeichen der Tapferkeit.

fortior qui cupiditates est quam qui hostes subicit. Syr. 510.
fortium virorum est magis mortem contemnere quam odisse vitam. Curt. 5, 9, 6.

ıt fortium virorum virtutem praestare, fortunae culpam non extimescere. Cic. Phil. 13, 3, 5.

.... nescia virtus
are loco, solusque pudor non vincere bello. Luc. 1, 144.

rtutis est domare quae cuncti pavent. Sen. Herc. fur. 435.

... fortissimus ille est
ıi promptus metuenda pati, si comminus instent,
differre potest. Luc. 7, 105.

... non est virtus
nere vitam sed malis ingentibus
›stare. Sen. Phoen. 190.

ınquam Stygias fertur ad umbras
clita virtus. Sen. Herc. Oet. 1985.

ıtura gloriosa est virtus et anteire priores cupit. Sen. ben. 3, 36.

quax est virtus nec ostendit se tantum sed ingerit.
Sen. contr. 10, 2.

rtibus una viris parilisque per omnia sors est:
ıt palmae aut leti pugnando acquirere laudem.
695, 35 ed. Meyer.

ıbet hoc virtus ut viros fortis species eius et pulchritudo etiam in hoste posita delectet. Cic. in Pis. 32, 81.

ılla virtus est quae non sentias perpeti.
Sen. in sap. non cad. ini. 10.

ara nec in numero virtus latet. Sil. Ital. 1, 312.

ıagnanima invidia virtus caret. „ „ 15, 387.

---

on in occulto tibi est | perdenda virtus. Sen. Med. 966.

›rtes creantur fortibus et bonis. Hor. od. 4, 4, 29.

›dere maiori virtutis palma secunda est;
la gravis palma est quam minor hostis habet.
Mart. 203 ed. Meyer.

is virtutem oportet esse contentam quae sudore quaesivit et dexteris.
Amm. Marc. 17, 13, 31.

irtutis vultus partem habet victoriae. Syr. 497.

irtutis spolia cum videt gaudet labor. „ 496.

fficacior est fortuna quam virtus. Flor. 2, 17, 11.

irtus ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus.
Tac. Agric. 31.

ptimus virtutis finis est, antequam deficias desinere.
Sen. contr. 1, 8.

ıpiens virtuti honorem praemium haut praedam petit.
Enn. ap. Cic. de orat. 3, 26, 102.

Vom unglücklichen Ausgang.

semper contra fortunam luctata virtus etiam citra effectum propositi operis enituit. Sen. ben. 7, 14.

qui per virtutem perit, at non interit. Plaut. capt. 690.

honorata virtus est etiam ubi eam fefellit exitus. Sen. contr. 4, 7.

nec infelix virtus amittit gloriae titulum nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. Sen. contr. 4, 7.

Mutter.

animosa nullos mater admittit metus. Sen. Troad. 590.

. . . . matres omnes filiis
in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
solent esse. Ter. heaut. 5, 2, 38.

Nachahmen (Nebenbuhler).

inops potentem dum vult imitari perit. Phaedr. 1, 24, 1.

ubi coepit pauper divitem imitari perit. Syr. 762.

mortales propere secuntur quae piguit inchoare. Tac. hist. 1, 55.

libentius imitamur eos quibus favemus. Quint. 2, 2, 8.

proponamus laudanda: invenietur imitator. Sen. ep. 95.

imitatione optimorum similia inveniendi facultas paratur. Plin. ep. 7, 9, 2.

stultissimum credo ad imitandum non optima quaeque proponere. Plin. ep. 1, 5, 13.

. . . . . dociles imitandis
turpibus et pravis omnes sumus. Juv. sat. 14, 53.

nescio quid agitat cum bonum imitatur malus. Syr. 319.

frequens imitatio transit in mores. Quint. 1, 11, 3.

nunquam par fit imitator auctori. Sen. contr. 1. prooem.

sic se res habet ut nunquam perfecte veritatem casus imitetur. Cic. div. 1, 13, 23.

nihil est indecentius quam ubi scholasticus quod non novit imitatur. Sen. contr. 10 prooem.

alit aemulatio ingenia. Vell. 1, 17, 6.

aemulatio esse inter impares non potest. Quint. decl. 9, 3.

haec est omnium natura rerum ne quid diutius perferas quam quod imitaris. Quint. decl. 2, 19.

Nachgeben (weichen).

est non modo liberale paulum nonnunquam de suo iure decedere sed interdum etiam fructuosum. Cic. off. 2, 18, 64.

cede repugnanti: cedendo victor abibis. Ov. a. a. 2, 197.

ıi scieris non esse parem te tempore cede:
ctorem a victo superari saepe videmus. Dion. Cat. 2, 10.
aiori cede! Dion. Cat. sent. 11.
de locum laesus fortunae, cede potenti:
edere qui potuit prodesse aliquando valebit. Dion. Cat. 4, 39.
ırpe est cedere oneri; luctare cum officio quod semel recepisti.
Sen. ep. 22.
ırpe ducas cedere pari, pulchrum superasse maiores.
Quint. 1, 2, 22.
on est tam facile desinere quam cedere. Quint. decl. 291.

Nachlässigkeit.

ırum dictu est aliquid cui prosit neglegentia.
Plin. n. h. 18, 16, 140.
ırpist iactura quae fit neglegentia. Syr. 488.
t neglecta solent incendia sumere vires. Hor. ep. 1, 18, 85.

Nachstehen.

rave est a deterioribus honore anteiri.
Sen. cur bon. vir. mal. fi. 3.

Nacht.

udori et metui nox maxime adversaria est.
Caes. de bello civ. 2, 31.
ox placet sceleri. Sen. contr. 7, 5.
ox omnia ex incerto maiora territis ostentat. Liv. 9, 24, 8.

Nachwelt.

orum qui futuri sunt iudicium est verius obtrectatione et malevolentia liberatum. Cic. ad Quint. fr. 1, 1, 15, 43.
iamsi omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit, venient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Sen. ep. 79.
ec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas incorrupta praeteritorum solet esse spectatrix. Amm. Marc. 30, 8, 1.
ocordiam eorum inridere libet qui praesenti potentia credunt exstingui posse etiam sequentis aevi memoriam. Tac. ann. 4, 35.
etas parentum peior avis tulit
os nequiores, mox daturos
rogeniem vitiosiorem. Hor. od. 3, 6, 45.

Nackt.

udus natura fueras e matre creatus,
udus eris; obitis gratia nulla datur. 1196, 3 ed. Meyer.
agiti principium est nudare inter civis corpora.
Cic. Tusc. 4, 33, 70.

Narrheit (Verrücktheit).

nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit. Sen. de tranq. an. 15.

aliquando et insanire iucundum est. ibid.

dulce est desipere in loco. Hor. od. 4, 12, 28.

non tu scis, Bacchae bacchanti si vis advorsarier,
ex insana insaniorem facies, feriet saepius:
si opsequare, una resolvas plaga? Plaut. Amphitr. 703.

Natur.

rerum natura sacra sua non simul tradit; initiatos nos credimus, in vestibulo eius haeremus. Sen. nat. qu. 7, 31.

naturae rerum vis atque maiestas in omnibus momentis fide caret, si quis modo partes eius ac non totam complectatur animo. Plin. n. h. 7, 1, 7.

hoc nobis natura praestitit praecipuum quod necessitati fastidium excussit. Sen. ep. 119.

rerum naturam peragranti nunquam in fastidium veritas veniet. Sen. ep. 78.

Eigenschaften der Natur.

vis est permagna naturae. Cic. fin. 2, 9, 28.

natura est semper invicta. Cic. Tusc. 5, 27, 78.

finitam ut cuique rei magnitudinem natura dederat, dedit et modum. Sen. suas. 1.

natura alia aliis locis negat. Plin. n. h. 10, 29, 76.

sui iuris rerum natura est nec ad leges humanas componitur; modo properat, modo vota praecurrit, modo lenta est et demoratur. Sen. contr. 2, 5.

..... vindicat omnes
natura sibi, nihil immune est. Sen. Hipp. 353.

recte a natura plurimum licentiae vindicatur, penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit. Val. Max. 1, 8. ext. 18.

natura parens illa rerum omnium nihil sine ingentibus causis genuit. Plin. n. h. 29, 4, 64.

quod satiare potest dives natura ministrat. Petr. fr. 45.

sufficit ad id natura quod poscit. Sen. ep. 90.

natura nunquam irascitur homini. Plin. n. h. 2, 63, 154.

nihil homini natura quod necessarium sciebat fecit operosum. Sen. ad Helv. 11.

rerum natura nusquam magis quam in minumis tota est. Plin. n. h. 11, 2, 4.

naturae opera absoluta atque perfecta gignuntur. Plin. n. h. 22, 24, 117.

ficile est naturae utique ubi in finem sui properat.
Sen. nat. qu. 3, 27.
nia facilia naturae. „ „ „ 3, 30.
omnes ea quae bona videntur sequuntur fugiuntque contraria.
Cic. Tusc. 4, 6, 12.

Seine Natur zu ändern, ist schwer.

ı mutare difficile est. Sen. de ira 2, 20.
est naturam suam effugere. Sen. contr. 9, 4.
o ad naturam reciderint suam. Syr. 592.
tolle periclum:
ga prosiliet frenis natura remotis. Hor. sat. 2, 7, 73.
ı expellas furca, tamen usque recurret. Hor. ep. 1, 10, 24.
men ad mores natura recurrit
os fixa et mutari nescia. Juv. 13, 239.
ı abscondit cum recte improbus facit. Syr. 305.
; quum se permisere fortunae etiam naturam dediscunt.
Curt. 3, 2, 18.
sequitur semina quisque suae. Prop. 4, 8, 20.
ura sua quemque. Cic. Brut. 56, 204.
sequitur semina quisque suae. Prop. 4, 8, 20.
ura sua quemque. Cic. Brut. 56, 204.

Lebe angemessen der Natur!

ı sequentibus omnia facilia et expedita sunt; contra illam tibus non alia vita est quam contra aquam remigantibus.
Sen. ep. 122.
tinebit se intra naturalem modum paupertatem non sentiet; naturalem modum excedet, eum in summis opibus quoque ertas sequetur. Sen. ad Helv. 11.

Natur und Bildung.

ad laudem atque virtutem natura sine doctrina quam sine a valuit doctrina. Cic. pro Arch. 7, 15.
quamvis doctrina politos
at pariter quosdam, tamen illa relinquit
cuiusque animi vestigia prima. Lucr. 3, 308.

---

esecari oportet, naturalia relinqui. Cic. Tusc. 4, 26, 57.
nanae infirmitatis ista natura ut ex omnibus accidentibus ssimum putet quisque quod ipse patitur. Quint. decl. 5, 15.
obis tam naturale, quid ab ipsa providentia magis datum ssumque videri potest quam alere homines ac sustinere?
Quint. decl. 260.

Neid.

Schlimme Folgen desselben.

invidi homines nihil aliud quam ipsorum sunt tormenta. Curt. 8, 12, 18.

ipsum se cruciat, te vindicat invidus in se. 938, 26 ed. Meyer.

quo (livore) quisquis furit invidetque forti,
ut debet sibi poena semper ipse est. Voman. 534 ed. Meyer.

qui invident egent, illi quibus invidetur rem tenent. Plaut. Truc. 4, 2, 37.

nunquam erit felix quem torquebit felicior. Sen. de ira 3, 30.

invidus alterius macrescit rebus opimis;
invidia Siculi non invenere tyranni
maius tormentum. Hor. ep. 1, 2, 57.

nihil est invidia periculosius. Sen. contr. 7, 6.

scias ad finem pervenisse quae ad invidiam perducta sunt. Sen. suas. 2.

invidiam nimio cultu vitare memento;
quae si non laedit, tamen hanc sufferre molestum est. Dion. Cat. 2, 13.

caeca invidia est nec quidquam aliud scit quam detractare virtutes. Liv. 38, 49.

recondunt qui pauca aliqua novere invidentes aliis. Plin. n. h. 25, 1, 2.

invidia tacite sed inimice irascitur. Syr. 235.

invidia loquitur id quod obest non quod subest. „ 233.

nullum impatientius malum quam invidia cum calamitate. Calp. Flacc. decl. 10.

sic est livoris ingenium: omnia suspicantur qui nihil audiunt. Calp. Flacc. decl. 22.

Gegen wen richtet sich der Neid?

nulla tam modesta felicitas est quae malignitatis dentes evitare possit. Val. Max. 4, 7 ext. 2.

intacta invidia media sunt: ad summa fere tendit. Liv. 45, 35.

virtutes maximas invidia criminosius incedit. Fronto p. 249 ed. Nieb.

summa petit livor. Ov. rem. am. 369.

adsidua eminentis fortunae est comes invidia. Vell. 1, 9, 6.

nunquam eminentia invidia carent. Vell. 2, 40, 6.

raro invidetur eorum honoribus quorum vis non timetur. Vell. 1, 31, 3.

est hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus ut invidia gloriae comes sit et lubenter de eis detrahant quos eminere videant altius; neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. Nep. Chabr. 3.

ite mihi dare quod multi invideant plures etiam concupiscant.
Nep. Thras. 4.

ɔ non penetras livor improbe? Quint. decl. 13, 4.

t enim fulgore suo qui praegravat artes
ra se positas; exstinctus amabitur idem. Hor. ep. 2, 1, 13.

laudem vetustorum invidia non obstat. Sen. ben. 7, 8.

ɔcitur in vivis livor, post fata quiescit,
n suus ex merito quemque tuetur honos. Ov. am. 1, 15, 39.

ɔerioribus invidetur et eo magis si intolerantius se iactant.
Cic. de orat. 2, 52, 209.

ɔniam in vicino versatur invidia, simplicius longe posita miramur.
Sen. de brev. vit. 15.

la ingenia tam prona ad invidiam sunt quam eorum qui genus ıc fortunam suam animis non aequant quia virtutem et bonum ılienum oderunt. Liv. 35, 43.

; livorem infelix inertia. Sen. de tranq. an. 2.

idiam ferre aut fortis aut felix potest. Syr. 234.

ɪrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. Tac. hist. 1, 1.

;at ephippia bos, piger optat arare caballus.
Hor. ep. 1, 14, 43.

Neigung.

.. quot capitum vivunt totidem studiorum
lia. Hor. sat. 2, 1, 27.

Neu.

res hominum novitate laetantur. Plin. ep. 8, 18, 12.

ıil est iam dictum quod non dictum sit prius.
Ter. eun. prooem. 41.

vitas consuevit ad repentinas visiones animos hominum pellere.
Apul. met. p. 71.

ısarum ignoratio in re nova mirationem facit.
Cic. div. 2, 22, 49.

udere novis rebus debere videtur | cui veteres obsunt.
Lucr. 5, 172.

vitas adicit calamitatibus pondus. Sen. ep. 91.

ıltis nova et ancipitia praecolere avida et plerumque fallax ambitio est. Tac. ann. 14, 22.

turale est magis nova quam magna mirari. Sen. nat. qu. 7, 1.

rius adpetimus nova quam iam parta tenemus.
938, 31 ed. Meyer.

mo sponte capessit nova nisi quem poenituit priorum.
Apul. de deo Socr. p. 107.

pleraque nova commenta mortalium in verbis vim habent, experiend cum agi non quemadmodum agantur edisseri oportet sine ull effectu evanescunt. Liv. 44, 4:

Neugierde.

sunt homines natura curiosi. Plin. ep. 5, 8, 4
insitum mortalibus studium magna et inusitata noscendi. Plin. ep. 1, 11, 10
curiosum nobis natura ingenium dedit. Sen. de brev. vit. 32
acrior est cupiditas ignota cognoscendi quam nota repetendi. Sen. contr. 4 prooem
incitantur homines ad ea noscenda quae differuntur. Plin. ep. 9, 27, 2
curiosus spectator excutit singula et quaerit. Sen. nat. qu. praef. 11
curiosus nemo est quin sit malevolus. Plaut. Stich. 1, 3, 54

Nie.

nunquam singuli sumus. Sen. nat. qu. 4 praef

Niedrig.

humilis nec alte cadere nec graviter potest. Syr. 831
. . . . . tuta sine telo est domus
rebusque parvis alta praestatur quies. Sen. Thy. 468
humiles laborant ubi potentes dissident. Phaedr. 1, 30, 1
quidquid delirant reges plectuntur Achivi. Hor. ep. 1, 2, 14
asperius nihil est humili cum surgit in altum. Claud. in Eutr. 1, 181
humillimi quique maxime ubi alta accesserunt superbia atque ambitione immodici sunt. Aur. Vict. de Caes. 39, 5
sic cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Sen. ep. 47
cum humilibus eo moderatius agendum est quo minoris est adflixisse eos. Sen. de clem. 1, 21
perfugere ad inferiorem se ipsum est tradere. Syr. 547

Nirgends.

nusquam est qui ubique est. Sen. ep. 2

Notwendigkeit.

honesta lex est temporis necessitas. Syr. 197. Sen. contr. 4, 4
necessitas ab homine quae vult impetrat. Syr. 650
necessitas dat legem non ipsa accipit. „ 30
necessitas quam pertinax regnum tenet. „ 30
necessitas poscit, nisi das eripit. „ 30
nil aliud scit necessitas quam vincere. „ 65
efficacior omni arte necessitas. Curt. 4, 3, 2

r in rebus adversis necessitas quam ratio. Curt. 8, 4, 11.
ɜ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.
Val. Max. 2, 7, 10.
ıs ultimum ac maximum telum est. Liv. 4, 28, 5.
ıti quodlibet telum utile est. Syr. 310.
ıtem ne dii quidem superant. Liv. 9, 4, 16.
ıs plus posse quam pietas solet. Sen. Troad. 585.
contra iustitiam necessitas valet. Quint. decl. 260.
ıs magnum humanae imbecillitatis patrocinium est.
Sen. contr. 9, 4.
ıgis necessaria frequentius sunt experienda.
Fronto ad M. Aur. 2, 4, 9.
ınt necessitates. Quint. decl. 14, 9.
ɜst quod necesse est. „ „ 306.
ɔondicio necessitatis. „ „ 305.
ecessitas gravis. Sen. ben. 3, 19.
igit adamantinos
verticibus dira necessitas
Hor. od. 3, 24, 5.
ɩempla necessitas exigit. Sen. ep. 77.
ıs tollit arbitrium. Sen. ben. 2, 18.
nti non volenti necessitas est. Sen. ep. 61.
ıs semper ex necessitate quam ex virtute corrigimur.
Sen. nat. qu. 2, 59.
ıs egentem mendacem facit. Syr. 651.
ıs quod celat frustra quaeritur. „ 652.

Not macht mutig.

ıdo etiam timidos fortis facit. Sall. Cat. 58.
. fors ultima rerum
ɔs casus et prona pericula mortis
ɔare solet. Luc. 5, 692.
ı necessitas acuit et saepe desperatio spei causa est.
Curt. 5, 4, 31.
ile est quid non ausura sit libertatis et salutis necessitas.
Quint. decl. 329.
s asperis et tenui spe fortissima quaeque consilia tutissima.
Liv. 25, 38.

Vom Verhalten gegen die Notwendigkeit.

ıtem ferre non flere addecet. Syr. 309.
ıti sapiens nihil unquam negat. „ 311.
.tis est remedium parcitas. „ 653.
ɩuodcunque necesse est. Luc. 4, 488.

necessitati parendum est. Cic. off. 2, 21, 74.
tempori cedere id est necessitati parere semper sapientis est habitum. Cic. ad fam. 4, 9, 2.

..... necessitatis impetum
voluerunt multi effugere, pauci potuerunt. Macr. sat. 2, 7, 3.

nemo extremam necessitatem nihil ausus nisi muliebri ingenio exspectat. Sall. hist. fragm. 1.

ad quaedam nulla debet necessitas compellere. Sen. contr. 7, 2.

---

merces ab eo qui iubere potest vim necessitatis adfert. Tac. ann. 14, 14.

haec est omni in re animorum condicio ut a necessariis orsa primo cuncta pervenerint ad nimium. Plin. n. h. 16, 4, 20.

necessariis rebus exsilia sufficiunt, supervacuis nec regna. Sen. ad Helv. 11.

Nützlich.

nisi utile est quod facimus stulta est gloria. Phaedr. 3, 17, 12.

prodesse qui vult nec potest aeque est miser. Syr. 383.

prodesse difficile nocere facile est. Quint. 8, 5, 6.

nil prodest bene te didicisse facere si cesses bene. Syr. 530.

quantum possis in eo semper experire ut prosis. Quint. 9, 3, 76.

impellimur natura ut prodesse velimus quam plurimis. Cic. fin. 3, 20, 65.

hoc ab homine exigitur ut prosit hominibus si fieri potest multis, si minus paucis, si minus proximis, si minus sibi. Sen. de brev. vit. 30.

si potes ignotis etiam prodesse memento:
utilius regno meritis acquirere amicos. Dion. Cat. 2, 1.

res age quae prosunt, rursus vitare memento
in quibus est error nec spes est certa laboris. „ „ 4, 7.

quae nocitura tenes quamvis sint cara relinque:
utilitas opibus praeponi tempore debet. „ „ 1, 6.

non tam quae prosint quam quae attineant considerentur. Varr. sent. 137.

eadem utilitatis quae honestatis est regula. Cic. off. 3, 18, 74.

cedit interdum generosus spiritus utilitati et fortunae viribus succumbit, ubi nisi tutiora consilia legeris speciosa sequenti concidendum est. Val. Max. 7, 5, 1.

commodis omnium laeteris, movearis incommodis. Sen. ep. 103.

prodest quicunque obesse non vult cum potest. Syr. 698.

... nihil est quod non mortalibus adferat usum;
rebus in adversis quae iacuere iuvant. Petr. fr. 36.

ihil invenies tam manifestae utilitatis quod non in contrarium conferat culpa. Sen. nat. qu. 5, 18.

erinde omnes res laudantur atque appetuntur ut earum rerum usus est, malitia praemiis exercetur. Sall. ad Caes. de rep. ord. 2, 8.

Offenbar.

nanifesta causa secum habet sententiam. Syr. 285.

iil occultum est quod non reveletur. Phaedr. app. 22, 1.

Oft.

[uod fugere credas saepe solet occurrere. Syr. 434.

aepe qui adversus insectantem pugnat modestia mitigatur. Quint. 5, 7, 27.

[uod quis crebro videt non miratur etiamsi cur fiat nesciat. Cic. div. 2, 22, 49.

saepe committuntur quae saepe vindicantur. Sen. de clem. 1, 22.

noderate id fieri debet a nobis quod saepe faciendum est. Sen. ad Pol. 23.

. . . leviter quamvis quod crebro tunditur ictu,
vincitur in longo spatio tamen atque labascit. Lucr. 4, 1276.

cuius rei eventus incertus est id ut aliquando procedat saepe temptandum est. Sen. ep. 81.

Orakel.

flexa non falsa autumare dictio Delphis solet. Pacuv. ap. Non. 237, 2.

Ort (Klima).

movemur locis ipsis in quibus eorum quos diligimus aut admiramur adsunt vestigia. Cic. de leg. 2, 2, 4.

non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est qui commendat omnia. Sen. ep. 56.

non locorum vitium est quo laboramus sed nostrum. Sen. de tranq. an. 2.

coelum non animum mutant qui trans mare currunt. Hor. ep. 1, 11, 27.

ingenia hominum locorum situs format. Curt. 8, 9, 20.

plaga caeli ad robur non tantum corporum sed etiam animorum plurimum valet. Veget. de re mil. 1, 2.

locorum asperitas hominum ingenia durat. Curt. 7, 3, 6.

severior loci disciplina firmat ingenium aptumque magnis conatibus reddit. Sen. ep. 51.

effeminat animos amoenitas nimia nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Sen. ep. 51.
imperia fere penes eos fuere homines qui mitiore caelo utuntur. Sen. de ira 16.

Palast.

.... iura pudorque
et coniugii sacrata fides
fugiunt aulas. Sen. Agam. 79.

.... exeat aula
qui volet esse pius: virtus et summa potestas
non coeunt; semper metuet quem saeva pudebunt. Luc. 8, 493.

illa minutiora et ut dicitur intra aulam quia occulta sunt magis naturae hominum curiosae oculos auresque ad se trahunt. Aur. Vict. epit. 48, 18.

Person.

plurimum momenti persona solet adferre in rebus. Sen. ep. 81.
interdum persona ut exemplo nocet ita invidiam auget et levat. Vell. 2, 31, 3.
unicuique sua imago sacra est. Quint. decl. exc. p. 396.

Pflicht.

semper nostrum officium nos facere aequom est. Plaut. Stich. 1, 1, 7.
nemini damnosum debet esse officium suum. Gai. Pand. 29, 3, 7.

Philosophie.

philosophia omnium mater artium. Cic. Tusc. 1, 26, 64.
philosophia vitae lex est. Sen. ep. 94.
philosophia pariter et salutaris et dulcis est. „ „ 50.
in philosophia hoc est boni quod stemma non inspicit. „ „ 44.
philosophiae servias oportet ut tibi contingat vera libertas. Sen. ep. 8.
sui dominus est qui se philosophiae mancipavit qua nil iucundius. Varr. sent. 152.
philosophiae non accommodari tempus sed dari oportet; ipsa enim praecipuus est dei cultus. Varr. sent. 39.
diadema sapientis philosophia quoniam in mente sita est praemium et menti inserendum promittit. Varr. sent. 81.
philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo excitat. Sen. ep. 88.
philosophia ad paucos pertinet. Quint. decl. 268.

osophi observatio erit aestimare convivas; nihil tam cogna-
ıientiae quam locis et temporibus aptari sermones, per-
quae adsunt aestimatione in medium vocata.

Macr. sat. 7, 1.

n sapienti pulcherrimum philosophiam inutilem mentientes
non pollicetur divitias studiorum finem. est autem e
ɔ pollicitans contemptum imperiosum. Varr. sent. 80.

ıemo aegrotus quidquam somniat
lum quod non aliquis dicat philosophus.

Varro No. 48 ed. Meyer.

ti philosophiam quia quum sciri multa necesse sit non est
nemo celerius opprimitur quam qui nihil timet et frequentissimum initium calamitatis est securitas. Vell. 2, 118, 2.

incuria sequens prioris providentiae beneficia corrumpit. Apul. met. p. 96.

securitatis magna portio erit nihil iniqui facere. Sen. ep. 105.

Spät.

nihil sero faciendum. Plin. n. h. 18, 6, 44.

serum est cavendi tempus in mediis malis. Sen. Thy. 487.

sero est in periculis consilium quaerere. Syr. 745.

galeatum sero duelli poenitet. Juv. 1, 169.

sero animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur. Sen. de tranq. an. 11.

nunquam tardum existimatur quod est omnium ultimum. Amm. Marc. 29, 2, 19.

nemo ad id sero venit unde nunquam
cum semel venit poterit reverti. Sen. Herc. fur. 865.

(nam) qui post factam iniuriam se expurget parum mi prosit. Ter. Hec. 5, 1, 16.

qui cum dolet blanditur post tempus sapit. Syr. 411.

qui blandiendo dulce nutrivit malum
sero recusat ferre quod subiit iugum. Sen. Hipp. 134.

qui fert malis auxilium post tempus dolet. Phaedr. 4, 19, 1.

sera nunquam est ad bonos mores via. Sen. Agam. 242.

quanto serius peccatur tanto incipitur turpius. Syr. 539.

lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira tarditatemque supplicii gravitate pensat. Val. Max. 1, 1 ext. 3.

gerere quam fieri tempore posterius re atque usu prius est. Sall. Jug. 85.

Sparsamkeit.

magnum vectigal est parsimonia. Cic. parad. 6, 3, 49.

vivitur parvo bene. Hor. od. 2, 16, 13.

divitiae grandes homini sunt vivere parce
aequo animo: neque enim est unquam penuria parvi. Lucr. 5, 1117.

ne tibi quid desit quaesitis utere parce
utque quod est serves semper tibi deesse putato. Dion. Cat. 1, 24.

utere quaesitis parce cum sumptus abundat:
labitur exiguo quod partum est tempore longo. „ „ 2, 17.

sera parsimonia in fundo est. Sen. ep. 1.

nullus tam parcus quin prodigus ex alieno. 938, 9 ed. Meyer.

Spiel.

delectant homines ludi. Cic. pro Mur. 19, 40.
nnocuos censura potest permittere ludos. Mart. 1, 4, 7.
sic ludus animo debet aliquando dari
ad cogitandum melior ut redeat tibi. Phaedr. 3, 14, 12.
nec lusisse pudet sed non incidere ludum. Hor. ep. 1, 14, 36.
non omnis aetas ludo convenit. Plaut. Bacch. 129.
nimirum sapere est abiectis utile nugis. Hor. ep. 2, 2, 141.
mores inter ludendum se simplicius detegunt. Quint. 1, 3, 12.
trocho lude. aleas fuge. Dion. Cat. sent. 46. 47.
aleator quanto in arte est melior tanto est nequior. Syr. 502.
lusuri nummos animos quoque ponere debent.
Eusth. 447 ed. Meyer.
lusori cupido semper gravis exitus instat. Basil. 451 ed. Meyer.
lecte trucis animos ut vere ludere possis. Julian. 455 ed. Meyer.
nullus ubique potest felici ludere dextra. Voman. 453 ed. Meyer.
si quis habens nummos venies exibis inanis. Vital. 450 ed. Meyer.
ludite securi quibus aes est semper in arca. Maxim. 449 ed. Meyer.

Spott.

. . . . ridiculum acri
fortius et melius magnas plerumque secat res. Hor. sat. 1, 10, 14.

Staat.

oppida coeperunt munire et ponere leges
ne quis fur esset neu latro neu quis adulter. Hor. sat. 1, 3, 105.
maior pars aetatis certe melior reipublicae data sit; aliquid temporis tui sume etiam tibi. Sen. de brev. vit. 18.
nihil est praestantius quam de republica bene mereri.
Cic. ad fam. 10, 5, 2.
virtus maxime illustratur magnis in rempublicam meritis.
Cic. ad fam. 10, 12, 5.
oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus aeternas anteferre.
Plin. ep. 7, 18, 5.
principes mortales, respublica aeterna. Tac. ann. 3, 6.
publica instituta privata pietate potiora. Val. Max. 2, 2, 4.
nihil tam incorruptum esse debet in republica quam suffragium quam sententia. Amm. Marc. 30, 4, 10.
nunquam unius facto publica fama corrumpitur. Sen. contr. 10, 5.
plerumque respublica privatis crescit inimicitiis ubi nemo civis qualis sit vir potest latere. Cic. decl. in Sall. 1.
praepotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitantur, nimia quiete in desidiam resolvuntur. Val. Max. 7, 2, 1.
non potest bene geri respublica multorum imperiis. Nep. Dion. 6, 4.

optimus civitatis status sub rege iusto est. Sen. ben. 2, 20

ipsum regale genus civitatis non modo non est reprehendendum sed haud scio an reliquis simplicibus longe anteponendum. Cic. rep. 2, 23, 43

Steuermann.

gubernator ubi naufragium timet iactura quidquid servari potest redimit. Curt. 5, 9, 3

sapientia gubernator navem torquet haut valentia. Titin. ap. Non. 19, 16

Stiefmutter.

nulli non magno constitit etiam bona noverca. Sen. ad Helv. 2

Stimme.

vox in vagina silentii condita diutino torpore hebetatur. Apul. flor. p. 28

Stirne.

frons est animi ianua. Cic. de pet. cons. 11, 44

frontis nulla fides. Juv. 2, 8

Stolz (Uebermut).

secundas fortunas decent superbiae. Plaut. Stich. 300

mutust si psallat superbus; humilis laudat cum tacet. Syr. 833

nunquam in solido stetit superba felicitas. Sen. suas. 2

sequitur superbos ultor a tergo deus. Sen. Herc. fur. 385

humanitati qui se non accommodat
plerumque poenas oppetit superbiae. Phaedr. 3, 16, 1

cum omnis arrogantia odiosa est tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima. Sen. ad Helv. 13

inquinat egregios adiuncta superbia mores. Claud. in IV cons. Hon. 305

calcare si vis colla superbiae
pensa caducae pondus originis. Alban. 396 ed. Meyer

ex insolentia quibus bona nova fortuna est impotentes laetitiae insaniunt. Liv. 30, 42

Strafe.

Wie soll die Strafe sein?

noxae poena par esto. Cic. de leg. 3, 20, 46

prohibenda maxime est ira in puniendo. Cic. off. 1, 25, 89

corrigendus qui peccat et admonitione et vi et molliter et aspere meliorque tam sibi quam alii faciendus non sine castigatione sed sine ira. Sen. de ira 1, 15

omnis et animadversio et castigatio contumelia vacare debet. Cic. off. 1, 25, 88

revissima est iustitia vindictae cum facinus mensura poenae est.
Quint. decl. 11, 5.

cerbitas plerumque ulciscendi maleficii atque caute vivendi disciplina est. Gell. 20, 1, 53.

acilius emendabis minore poena. Sen. de clem. 1, 22.

ivitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum.
Sen. de clem. 1, 22.

idebis ea saepe committi quae saepe vindicantur.
Sen. de clem. 1, 23.

on minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera. Sen. de clem. 1, 24.

emo ad supplicia exigenda pervenit nisi qui remedia consumpsit.
Sen. de clem. 1, 14.

mne iniustum supplicium est quod non est exactum secundum legem.
Quint. decl. 305.

n vindicando criminosa est celeritas. Syr. 236.

ost mihi non simili poena commissa luetis. Verg. Aen. 1, 136.

Wer wird bestraft?

t quaeque res est turpissima sic maxime et maturissime vindicanda est. Cic. pro Caec. 2, 7.

st utilius unius improbi supplicio multorum improbitatem coercere quam propter multos improbos uni parcere.
Cic. Verr. 3, 89, 208.

aec tacita lex est humanitatis ut ab homine consilii non fortunae poena repetatur. Cic. pro Tull. 22, 51.

d poenam sufficit meditari punienda. Apul. flor. p. 36.

abet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum quod contra singulos utilitate publica rependitur. Tac. ann. 14, 44.

ulla poena est nisi invito. Quint. decl. 11, 8.

Zweck der Strafe.

mnis poena non tam ad delictum pertinet quam ad exemplum.
Quint. decl. 274.

emo prudens punit quia peccatum est sed ne peccetur.
Sen. de ira 1, 16.

oena ad malum serpens ut proterat venit. Syr. 694.

---

ulpam poena premit comes. Hor. od. 4, 5, 24.

aro antecedentem scelestum
leseruit pede poena claudo. „ „ 3, 2, 32.

requens vindicta paucorum odium reprimit. Syr. 596.

nultos fortuna liberat poena metu neminem. Sen. ep. 97.

poena potest demi culpa perennis erit. Ov. ex Ponto 1, 1, 64.
multis fortuna parcit in poenam. Plin. n. h. 16, 1, 4.
potest poena dilata exigi non potest exacta revocari.
Sen. de ira 2, 22.
poena allevatur tunc ubi laxatur dolor. Syr. 695.
poenam moratur improbus non praeterit. „ 374.
sibi ipse dat supplicium quem admissi pudet. „ 467.
culpa quam poena tempore prior, emendari quam peccare posterius est. Tac. ann. 15, 20.
punitis ingeniis gliscit auctoritas. „ „ 4, 35.
quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem redit.
Sen. ben. 6, 32.
subit libens poenam pietas etiam sceleribus gravem.
Quint. decl. 6, 21.
in infamia plus poenae ducimus quam in morte. Quint. 6, 2, 23.
occidi non est poena sed exitus. Quint. decl. 11, 8.
brevis poena mortis est. „ „ 274.

Strenge.

salutaris severitas vincit inanem speciem clementiae.
Cic. ad Brut. 1, 2, 5. cf. Amm. Marc. 29, 5, 24.
tantum legibus severitatis addendum est quantum flagitia creverunt.
Symm. 11, 13.
quidquid potuit prodesse severitati nunquam nocuit exemplo.
Quint. decl. 7, 4.

Sturm.

nulla tempestas magna perdurat. Sen. nat. qu. 7, 9.
dulcius serenum post tempestates est. Quint. decl. 321.

Sturz.

quicunque amisit dignitatem pristinam
ignavis etiam iocus est in casu gravi. Phaedr. 1, 21, 1.
in ruinam prona sunt quae sine fundamentis crevere.
Sen. de ira 1, 20.

Tadeln.

quae culpare soles ea tu ne feceris ipse:
turpe est doctori quum culpa redarguit ipsum. Dion. Cat. 1, 30.
alterius dictum aut factum ne carpseris unquam,
exemplo simili ne te derideat alter. „ „ 3, 6.
quidquid in alio reprehenditur id unus quisque in suo sinu inveniet.
Sen. de ira 3, 26.

homines facilius quod stulte dixeris reprehendere quam quod sapienter tacueris laudare possunt. Cic. de orat. 2, 74, 301.

ea demum recte facta minus detorquemus et carpimus quae in obscuritate et silentio reponuntur. Plin. ep. 1, 8, 6.

si silenda feceris factum ipsum, si laudanda quod non sileas ipse culpatur. Plin. ep. 1, 8, 15.

nulli patientius reprehenduntur quam qui maxime laudari merentur. Plin. ep. 7, 20, 1.

Tag.

venit post multos una serena dies. Tib. 3, 6, 31.

non omni die bene esse potest. Gell. 17, 12, 4.

optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
prima fugit. Verg. ge. 3, 66.

dies quod donat timeas: cito raptum venit. Syr. 122.

omnis dies velut ultimus ordinandus est. „ 680.

discipulus est prioris posterior dies. „ 124.

cotidie est deterior posterior dies. „ 96.

quidquid longa series multis laboribus, multa dei indulgentia struxit id unus dies spargit ac dissipat. Sen. ep. 91.

unus dies hominum eruditorum plus patet quam imperiti longissima aetas. Sen. ep. 78.

nullus agenti dies longus est. „ „ 122.

Talent (Genie).

varia sunt ingenia. Quint. decl. 377.

magister ex occulto deus producit ingenia. Sen. ben. 4, 7.

saepe summa ingenia in occulto latent. Plaut. capt. 165.

saepe ingenia calamitate intercidunt. Phaedr. app. 12, 7.

crescit cum amplitudine rerum vis ingenii. Tac. orat. 37.

neque ingenium sine disciplina aut disciplina sine ingenio perfectum artificem potest efficere. Vitr. 1, 1, 3.

ingenia quo illustriora eo breviora sunt. Sen. ad Marc. 23.

immature magnum ingenium non vitale est. Sen. contr. 1, 1.

illud ingeniorum velut praecox genus non temere unquam pervenit ad frugem. Quint. 1, 3, 3.

nullus est idem diuturnus et praecox fructus. Curt. 8, 5, 15.

Täuschen.

minus decipitur cui negatur celeriter. Syr. 290.

repelli se homines facilius quam decipi ferunt. „ 731.

in quibusdam rebus satius est decipi quam diffidere. Sen. de ira 2, 23.

quoties necesse est fallere aut falli a suis
patiare potius ipse quam facias scelus. Sen. Phoen. 49?

dignus est decipi qui cuius rei auctor est eius et laudator est.
Varr. sent. 108.

fallere non minus videtur qui gesta praeterit sciens quam ille qui nunquam facta fingit. Amm. Marc. 29, 1, 15.

multi fallere docuerunt dum timent falli. Sen. ep. 3.

prius si negaris post fecisse est fallere. Syr. 380.

fallere credentem non est operosa puellam
gloria. Ov. her. 2, 63.

decipimur votis et tempore fallimur. No. 1199 ed. Meyer.

Testament.

falsum est testamenta hominum esse specula morum.
Plin. ep. 8, 18, 1.

Theil.

ubi partes labant summa turbatur. Curt. 3, 8, 30.

facilius per partes in cognitionem totius adducimur. Sen. ep. 89.

Theuer.

rarum esse oportet quod diu carum velis. Syr. 444.

quod non opus est asse carum est. Sen. ep. 94.

quod vile est carum quod carum est vile putato:
sic tibi nec cupidus nec avarus habeberis ulli. Dion. Cat. 1, 29.

Thor (Thorheit).

omnium malorum stultitia est mater. Corn. ad Her. 2, 22, 34.

insipiens esto cum tempus postulat aut res:
stultitiam simulare loco prudentia summa est. Dion. Cat. 2, 18.

Wer ist thöricht?

stultitia semper incipit vivere. Sen. ep. 13.

stultum est aetatem disponere, ne crastino quidem dominamur.
Sen. ep. 101.

. . . qui recte vivendi prorogat horam
rusticus exspectat dum defluat amnis. Hor. ep. 1, 2, 41.

stultust qui cupita cupiens cupienter cupit. Enn. ap. Non. 91, 7.

stultitiae maximum specimen est non intelligere se deridiculo haberi.
Apul. flor. p. 5.

summa professio stultitiae est non ire obviam sceleribus cogitatis.
Gell. 6, 3, 42.

stultum est queri de adversis ubi culpa est tua. Syr. 477.

tu quod cavere possis stultum admittere est. Ter. eun. 4, 6, 24.

stultum est timere quod vitari non potest. Syr. 752.

stultum est vicinum velle ulcisci incendio. „ 478.

stultum est alium velle ulcisci poena sua. „ 751.

stulti timent fortunam sapientes ferunt. „ 476.

remedium frustrast contra flumen quaerere. „ 448.

frustra niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere extrema dementia est. Sall. Jug. 3.

.... qui amat cui odio ipsus est bis facere stulte duco. Ter. Hec. 3, 2, 8.

stultum et inutile est eas obtrectare vires quas ipse foveris. Val. Max. 7, 2 ext. 7.

stultitia est ei te esse tristem quoius potestas plus potest. Plaut. Cas. 2, 4, 4.

stultitia est insectari quem omnes diligunt. Syr. 475.

stultum imperare reliquis qui nescit sibi. „ 753.

male mereri de immerenti inscitia est. Plaut. Curc. 185.

stultitiast facinus magnum timido cordi credere. Plaut. Pseud. 576.

stultus est qui fructus arborum spectat altitudinem non metitur. Curt. 7, 7, 14.

stulta est fides celare quod prodas statim. Sen. Troad. 592.

iusta autem ab iniustis petere insipientiast. Plaut. Amph. praef. 36.

stultum est eorum meminisse propter quae tui obliviscaris. Curt. 7, 8, 26.

stultum est a quibus bona precamur ab his porrigentibus nolle sumere. Val. Max. 1, 1 ext. 3.

stultum et sine gratia est
ibi recte facere quando quod facias perit. Plaut. aul. 2, 5, 11.

est proprium stultitiae aliorum vitia cernere oblivisci suorum. Cic. Tusc. 3, 30, 73.

nihil est ficta severitate ineptius. Petr. 132.

si stultus es et taces sapis, si sapis et tamen taces stultus es. Corn. ad Her. 4, 28, 39.

imperitiae signum est quod difficillimum est exigere cito fieri. Varr. sent. 111.

minus stultus est is cui nihil in mentem venit quam ille qui quod stulte alteri venit in mentem comprobat. Cic. pro Clu. 31, 84.

quod nescias cui serves stultum est parcere. Syr. 435.

(nam) quae mortali cuiquam est amentia maior
in Jovis errantem regno perquirere divos,
tantum opus ante pedes transire et perdere segnem? Lucil. Aetna 255.

Benehmen der Thoren.

dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Hor. sat. 1, 2, 24.

prodigus et stultus donat quae spernit et odit. Hor. ep. 1, 6, 20.

stultus superbis invidet felicibus. Syr. 754.

stultorum incurata pudor malus ulcera celat. Hor. ep. 1, 16, 24.

stulti ut putentur *sapere* coelum vituperant. Phaedr. 4, 7, 26.

insanus omnis furere credit caeteros. Syr. 228.
amentes quibus animi non sunt integri surde audiunt.
Afran. ap. Charis. II p. 194. P.
omnia enim stolidi magis admirantur amantque
inversis quae sub verbis latitantia cernunt. Lucr. 1, 641.

---

optumum est aliena insania frui. Plin. n. h. 18, 5, 31.
nullus est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat. Sen. ep. 10.
nihil est inamabilius quam diligens stultitia. Sen. contr. 7, 5.
nec te collaudes nec te culpaveris ipse:
hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis. Dion. Cat. 2, 16.
stultitiae partem interdum habet felicitas. Syr. 750.
stultum facit fortuna quem vult perdere. „ 479.

Tod.

Alle müssen sterben.

dispar vivendi ratio est, mors omnibus una. 938, 3 ed. Meyer.
mors per omnes it. Sen. ep. 93.
cui nasci contigit mori restat. „ „ 99.
quisquis ad vitam editur ad mortem destinatur. Sen. ad Pol. 30.
mors omnes aeque vocat, iratis dis propitiisque moriendum est.
Sen. nat. qu. 2, 59.
mors naturae lex est. „ „ „ 6, 32.
omnia mors poscit, lex est non poena perire.
Sen. No. 131 ed. Meyer.
stat sua cuique dies; non ipsi exscindere ferro
caelicolae valeant fati quod lege tenetur. Hosid. 235 ed. Meyer.
nulli natura in aeternum spiritum dedit statutaque nascentibus in finem vitae dies est. Sen. suas. 2.
pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
regumque turres. Hor. od. 1, 4, 13.
. . . . . aequa lege necessitas
sortitur insignes et imos. „ „ 3, 1, 14.
omne capax movet urna nomen. „ „ 3, 1, 16.
longius aut propius mors sua quemque manet. Prop. 3, 26, 12.
. . . . . omnes una manet nox
et calcanda semel via leti. Hor. od. 1, 28, 15.
mors et fugacem persequitur virum. „ „ 3, 2, 14.
. . . . metit Orcus
grandia cum parvis non exorabilis auro. Hor. ep. 2, 2, 179.
nobis cum semel occidit brevis lux
nox est perpetua una dormienda. Cat. 5, 5.

aut citius sedem properamus ad unam. Ov. met. 10, 33.

atque dies patet atri ianua Ditis. Verg. Aen. 6, 127.

a cuique dies, breve et inreparabile tempus
s est vitae; sed famam extendere factis
ıtis opus. Verg. Aen. 10, 467.

ecesse est sed non quotiens volueris. Syr. 296.

uidem finis vitae mortalibus adstat
vitari letum pote quin obeamus. Lucr. 3, 1076.

sunt lacrimae nec possunt fata moveri.
s: hic omnes exitus unus habet. 1274, 19 ed. Meyer.

a cuique dies, lacrimae volvuntur inanes.
1609, 82 ed. Meyer.

x ulla diem neque noctem aurora secuta est
on audierit mixtos vagitibus aegris
s, mortis comites et funeris atri. Lucr. 2, 578.

omnes pariter deos
mors aliqua et chaos;
s fata novissima
onstituet sibi. Sen. Herc. Oet. 1115.

Was ist der Tod?

aturae finis est non poena. Sen. suas. 6.

n omnium mors est ad quam non pigre ire satis est.
Curt. 5, 9, 7.

ltima linea rerum est. Hor. ep. 1, 16, 79.

; nihil est morte neque utilius. 1153 ed. Meyer.

erte finis est nec saevitia ultra fata procedit.
Quint. decl. 12, 14.

ı rerum est mors extremum. Cic. ad fam. 6, 21, 1.

olorum omnium exsolutio est et finis. Sen. ad Marc. 19.

ihil est vitam respice perpetuam. 1263, 8 ed. Meyer.

e quem tanquam extremum reformidas aeterni natalis est.
Sen. ep. 102.

us ille dies non exstinctionem sed commutationem adfert loci.
Cic. Tusc. 1, 49, 117.

iquid Manes, letum non omnia finit. Prop. 5, 7, 1.

misera non est, aditus ad mortem est miser.
Quint. 8, 5, 5.

ıfanti felix iuveni acerba sera nimis seni. Syr. 526.

ıalum non est. Sen. ep. 123.

interim poena est mori
pe donum, pluribus venia obfuit. Sen. Herc. Oet. 931.

on una venit sed quae rapit ultima mors est. Sen. ep. 24.

Von der Todesfurcht.

mortem ut nunquam timeas semper cogita. Sen. ep. 30.
quidquid facies respice ad mortem. „ „ 114.
tota vita discendum est mori. Sen. de brev. vit. 7.
semper causa moriendi est timide mori. Sen. de tranq. an. 11.
crudelius est quam mori semper timere mortem. Sen. contr. 3, 5.
post mortem in morte nihil est quod metuam mali. Plaut. Capt. 741.
effugit mortem quisquis contempserit; timidissimum quemque consequitur. Curt. 4, 14, 25.
mortem timere quam mori crudeliust. Syr. 297.
mortem ubi contemnas omnes viceris metus. „ 298.
optanda mors est sine metu mortis mori. Sen. Troad. 873.
levius est mori ante mortis metum. Sen. ben. 3, 30.
mortem venientem nemo hilaris excipit nisi qui se ad illam diu composuerat. Sen. ep. 30.
multi ad fatum venere suum
dum fata timent. Sen. Oed. 993.
incertum est quo te loco mors exspectet: itaque tu illam omni loco exspecta. Sen. ep. 26.
minus mortem timet qui minus deliciarum novit in vita. Veget. de re mil. 1, 3.
stultitia est timore mortis mori. Sen. ep. 70.
ne timeas illam quae vitae est ultima finis:
qui mortem metuit quod vivit perdit id ipsum. Dion. Cat. 1, 22.
credibile non est quenquam perire mortis metu. Quint. decl. 276.
linque metum leti: nam stultum est tempore in omni dum mortem metuas admittere gaudia vitae. Dion. Cat. 2, 3.
fac tibi proponas mortem non esse timendam:
quae bona si non est finis tamen illa malorum est. Dion. Cat. 3, 21.
multum ne cures venturi tempora fati:
non metuit mortem qui scit contemnere vitam. „ „ 4, 22.
mortis imago iuvat somnus mors ipsa timetur. 938, 17 ed. Meyer.

Der Tod macht alle gleich.

cum ad exitum ventum est omnes in aequo sumus. Sen. nat. qu. 6, 1.
intervallis distinguimur exitu aequamur. Sen. ep. 99.
aequat omnes cinis: impares nascimur pares morimur. „ „ 91.

Der Tod ist wünschenswert.

cuius sit vita indecoris mortem fugere turpem haud convenit. Att. ap. Non. 489, 1.

nemo immature moritur qui moritur miser. Syr. 316.
occidi pulchrum ubi cum ignominia servias. „ 348.
et honesta mors turpi vita potior et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt. Tac. Agric. 33.
mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat. Cic. pro Quinct. 15, 49.
est honesta turpitudo pro bona causa mori. Syr. 507.
dulce et decorum est pro patria mori. Hor. od. 3, 2, 13.
bona mors est omnis vitae quae exstinguit mala. Syr. 68.
mors optima est perire lacrimandum suis. Sen. Hipp. 881.
mors misera non est commori cum quo velis. Sen. Agam. 202.
quum tempus necessitasque postulat decertandum manu est et mors servituti turpitudinique anteponenda. Cic. off. 1, 23, 81.
in fuga foeda mors est in victoria gloriosa. Cic. phil. 14, 12, 32.
nusquam melius morimur homines quam ubi libenter viximus. Syr. 533.
mori est felicis antequam mortem invocet. „ 645.
usque adeo mori miserum est? Verg. Aen. 12, 646.
mihi videtur acerba semper et immatura mors eorum qui immortale quid parant. Plin. ep. 5, 5, 4.
adversus mala et iniurias fortunae et gravem plerisque vitam unum natura remedium invenit: mortem. Quint. decl. 335.

Vom Entschlusse zum Sterben.

...... nemo contemnit mori
qui concupivit; cuius haud ultra mala
exire possunt in loco tuto est situs. Sen. Phoen. 197.
.... qui cogit mori
nolentem in aequo est quique properantem impedit;
occidere est vetare cupientem mori. Sen. Phoen. 98.
non deerit ad mortem ingenium cui non defuerit animus. Sen. ep. 70.
frustra tenetur ille qui statuit mori. Sen. Herc. Oet. 923.
qui se ultro morti offerant facilius reperiuntur quam qui dolorem patienter ferant. Caes. de bello gall. 7, 77.
mori volenti deesse mors nunquam potest. Sen. Hipp. 878.
prohibere ratio nulla periturum potest
ubi qui mori constituit et debet mori. „ „ 266.
homini qui renuntiavit rebus humanis non redditur vita sed tempus et ipsa cupiditas ratioque pereundi hoc ipso quo vetamur accrescit. Quint. decl. 4, 8.
solus vixit quoad voluit qui mori mavult. „ „ 4, 11.

fortius est quod differo mortem quam quod mori non recuso. Quint. decl. 294.

bene vixit is qui potuit cum voluit mori. Syr. 57.

namque mori levior poena est quam quaerere mortem. 1534 ed. Meyer.

difficile est etiam sua causa mori. Quint. decl. 9, 5.

nihil aeque impetu constat quam mori velle nec quidquam res humanae impatientius habent pereuntis adfectu. Quint. decl. 17, 16.

non fiunt ista nisi subito nec quisquam spiritum ratione deposuit. Quint. decl. 344.

quam miserum est mortem cupere nec posse emori. Syr. 403.

bella res est mori sua morte. Sen. ep. 69.

nihil mihi videtur turpius quam optare mortem. „ „ 117.

crimen relinquit vitae qui mortem appetit. Syr. 97.

Vom Eintreten des Todes.

nemo nisi suo die moritur. Sen. ep. 69.

nil melius aeterna lex fecit quam quod unum introitum nobis ad vitam dedit exitus multos. Sen. ep. 70.

eripere vitam nemo non homini potest
at nemo mortem: mille ad hanc aditus patent. Sen. Phoen. 152.

illi mors gravis incubat
qui notus nimis omnibus
ignotus moritur sibi. Sen. Thy. 404.

nil posse quenquam mortuum hoc est vivere. Syr. 659.

est socia mortis homini vita ingloria. „ 135.

qui sibi non vivit aliis merito est mortuus. „ 427.

bene moritur qui dum moritur lucrum facit. Sen. ep. 115.

non bene pensatur leti dispendia luctu:
plus moritur vivens qui valet esse miser. 1266, 5 ed. Meyer.

nimium est in morte boni si nil siet mali. Syr. 662.

pereundi scire tempus adsidue est mori. „ 369.

omnes vitam differentes mors incerta praevenit. „ 535.

a morte semper homines tantundem absumus. „ 555.

vita morti propior est quotidie. Phaedr. 3, 20, 10.

mors repentina est summa vitae felicitas. Plin. n. h. 7, 53, 180.

nihil melius est tempestiva morte. Plin. n. h. 28, 1, 9.

mors ad mota etiam imperitis animum dat non vitandi inevitabilia. Sen. ep. 30.

tolerabilior qui mori iubet quam qui male vivere. Syr. 812.

scire mori sors prima viris sed proxima cogi. Luc. 9, 211.

mala mors necessitatis contumelia est. Syr. 630.

dum suppetit vita enitamur ut mors quam paucissima quae abolere possit inveniat. Plin. ep. 5, 5, 8.

..... levius mortalibus aegra subire
servitia ..... quam posse mori. Sil. Ital. 13, 883.

mors nulla querela digna sua est. Luc. 7, 630.

multorum calamitati vir moritur bonus. Syr. 304.

turpius est privatim cadere quam publice. Cic. ad Att. 16, 15, 6.

si pereo hominum manibus periisse iuvabit. Verg. Aen. 3, 606.

homo totiens moritur quotiens amittit suos. Syr. 195.

bis est mori alterius arbitrio mori. „ 60.

solvitur omne decus leto. Sil. Ital. 12, 243.

causa multis moriendi fuit morbum suum nosse. Sen. de brev. vit. 18.

haec est humanae semper mutatio sortis:
fit moriens ludus qui fuit ante pavor. 1080, 9 ed. Meyer.

---

nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est. Juv. 6, 86.

.... ultima semper
exspectanda dies homini dicique beatus
ante obitum nemo supremaque funera debet. Ov. met. 3, 135.

quum dubia et fragilis sit nobis vita tributa
in morte alterius spem tu tibi ponere noli. Dion. Cat. 1, 19.

cuius mortem amici exspectant vitam cives oderunt. Syr. 779.

mortuo munus qui mittit nil dat illi adimit sibi. „ 527.

causa peccati facillime mortuis delegatur. Caes. de bello gall. 8, 22.

ita mores se habent ut publica quisque ruina malit occidere quam sua proteri. Vell. 2, 91, 4.

neque enim moriemur inulti. Ov. met. 9, 131.

nullum cum victis certamen et aethere cassis. Verg. Aen. 11, 104.

Tödten.

qui dormientem necat absentem ulciscitur. Syr. 835.

hominem occidere non licet tyrannum licet. Quint. decl. 274.

lex a mortuis peremptum non revocat sed perimendi praecidit licentiam dum perimentibus pendenda dictat. Quint. decl. 3, 6, 1.

Träger.

debet semper plus esse virium in latore quam in onere. Sen. de tranq. an. 5.

Trauen.

faciendum prius hominis periclum quam eius te committas fidei. Phaedr. app. 17, 1.

si confidentiam adhibes confide omnia. Caec. ap. Isid. Orig. 10, 40.

neminis ingenium tantum confidere debet.
Lucil. sat. 30 fr. 33. ap. Non. p. 98, 6.

qui se committit homini tutandum improbo
auxilia dum requirit exitium invenit. Phaedr. 1, 31, 1.

annulis nostris plus quam amicis creditur. Sen. ben. 3, 15.

Trauer.

maesta ubi semel perrupere difficilius reticentur. Tac. ann. 4, 69.

auget luctum concursus hominum. Cic. de leg. 2, 26, 65.

solent maerentes ea quae maxime diligunt fugere et libertatem dolori suo quaerere. Sen. ad Helv. 17.

difficile est tristi fingere mente iocum. Tib. 3, 7, 2.

prudens vir meminisse perseveret lugere desinat. Sen. ep. 99.

afflicto et magnum vulnus male ferenti paulisper cedendum est.
Sen. ep. 99.

ad tristem partem strenua est suspicio. Syr. 6.

Traum.

somnia vera aliquot sed omnia noenu necessest.
Enn. ap. Cic. div. 2, 62, 127.

somnia ne cures: nam mens humana quod optat
cum vigilans sperat per somnum cernit id ipsum. Dion. Cat. 2, 31.

Treue.

fides supremum rerum humanarum vinculum est; sacra laus fidei inter hostes sacra inter piratas. Quint. decl. 343.

inter piratas publica fides sacra est. „ „ 267.

cum fide omnis humana societas tollitur. Liv. 6, 41.

non aliter fides constare poterit apud omnes nisi metu continetur.
Quint. decl. 245.

certa fides animis idem quibus incidit hostis.
Val. Flacc. Arg. 4, 744.

nulla fides regni sociis omnisque potestas
impatiens consortis erit. Luc. 1, 92.

pretio parata fides vincitur pretio. Sen. Agam. 287.

homines eis conciliantur et his studere consueverunt quos conservare fidem vident. Nep. Ages. 2, 5.

ubicunque pudor est semper ibi sancta est fides. Syr. 763.

unum vinculum fidei est melioribus parere. Liv. 22, 13, 11.

scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum
tempore sic duro est inspicienda fides. Ov. trist. 1, 5, 25.

poscunt fidem secunda at adversa exigunt. Sen. Agam. 926.

. . . . . rara fides
ubi iam melior fortuna ruit. Sen. Herc. Oet. 603.

.... stat nulla diu mortalibus unquam
fortuna titubante fides. Sil. Ital. 11, 3.

magnum utique in magnis rebus populisque virisque
adversis servare fidem. Sil. Ital. 11, 163.

qui se multorum fidei committere curat
auguror hunc leviter posse carere fide.

menstrua quaeque fides faciem cum tempore mutat.
1136 ed. Meyer.

dat poenas laudata fides cum sustinet ...
quos fortuna premit. Luc. 8, 485.

nusquam tuta fides. Verg. Aen. 4, 373. Sen. nat. qu. 4 praef.

nemo fideliter diliget quem fastidit; nam et calamitas querula est et superba felicitas. Curt. 5, 5, 12.

Treulosigkeit.

nullis meritis perfidia mitigari potest. Curt. 7, 5, 19.

Trinken (trunken).

hoc bibe quod possis si tu vis vivere sanus:
morbi causa mali homini est quaecunque voluptas.
Dion. Cat. 4, 24.

bibendi consuetudo auget aviditatem. Plin. n. h. 22, 148.

ebrietas furoris voluntaria species est.
Cato ap. Amm. Marc. 15, 12.

omne vitium ebrietas et intendit et detegit; non facit ebrietas vitia sed prodit. Sen. ep. 83.

quae potus peccas ignoscere tu tibi noli:
nam crimen nullum vini est sed culpa bibentis. Dion. Cat. 2, 21.

habebitur aliquando ebrietati honor et plurimum meri cepisse virtus erit. Sen. ben. 1, 10.

fecundi calices quem non fecere disertum? Hor. ep. 1, 5, 19.

absentem laedit cum ebrio qui litigat. Syr. 3.

Trost.

conscientia rectae voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum. Cic. ad fam. 6, 4, 2.

saepe calamitatis solacium est nosse sortem suam.
Curt. 4, 10, 26.

nullum est maius solacium mortis quam ipsa mortalitas.
Sen. nat. qu. 6, 2.

unum est levamentum malorum ingentium: pati et necessitatibus suis obsequi. Sen. de ira 3, 16.

solacium grande est cum universo una rapi. Syr. 747.

eorum qui gravius ferunt luctus aliorum exemplis leniuntur.
Cic. Tusc. 3, 24, 58. cf. 3, 33, 7[illegible]

maximum solet esse solacium extrema passuris: omnium causa eadem est. Sen. nat. qu. 2, 59.
dulce maerenti populus dolentum. Sen. Troad. 1013.
maximum solacium est cogitare id sibi accidisse quod ante se passi sunt omnes omnesque passuri. Sen. ad Pol. 21.
levis est consolatio ex miseria aliorum. Cic. ad fam. 6, 3, 4.
malevoli solacii genus est turba miserorum. Sen. ad Marc. 12.
esset aliquod imbecillitatis nostrae solacium rerumque nostrarum si tanta celeritate repararentur cuncta quanta finiuntur. Sen. ep. 91.
odit solacia luctus. Sil. Ital. 13, 392.

Tugend.

Was ist Tugend?

virtutis laus omnis in actione consistit. Cic. off. 1, 6, 19.
non in re sed in verbo est virtus. Flor. 2, 17, 11.
virtus est vitium fugere. Quint. 9, 3, 10.
virtus vitae magister optimus. Val. Max. 3, 4 ext. 1.
aequae virtutis est et bona patriae auxisse et mala in se transferre voluisse. Val. Max. 1, 5 ext. 2.
virtus nihil habet in se magnificum si quicquam habet venale. Sen. ben. 4, 1.
qui virtutem suam publicari vult non virtuti laborat sed gloriae. Sen. ep. 113.
ille qui opinionem virtutis neglegit ipsam quoque neglegit virtutem neque quisquam bonas artes magnopere studet adipisci quas adeptus necne sit non studet scire. Fronto ad amic. 2, 11, 21.

Der Weg zur Tugend.

non arduum in virtutes et asperum iter est, plano adeuntur. Sen. de ira 2, 13.
ad virtutem una et ardua via est. Sall. ad Caes. de ord. rep. 2, 7.
virtus difficilis inventu est rectorem ducemque desiderat. Sen. nat. qu. 3, 30.
non fastidioso aditu virtus. Val. Max. 3, 3 ext. 7.
in virtute multi sunt adscensus. Cic. Planc. 25, 60.
nemo est casu bonus, discenda virtus est. Sen. ep. 123.
virtus sola neque datur dono neque accipitur. Sall. Jug. 85.
solida virtus nascitur magis quam fingitur. Val. Max. 5, 4 ext. 5.
nulli praeclusa virtus est omnibus patet. Sen. ben. 3, 18.
nulla nisi ardua virtus. Ov. a. a. 2, 537.
arcem ad virtutis longis ambagibus itur. Claud. IV. cons. Hon. 227.
non dat natura virtutem, ars est bonum fieri. Sen. ep. 90.
omnibus natura fundamenta dedit semenque virtutum. „ „ 108.

bonam mentem stultum est optare cum possis a te impetrare.
Sen. ep. 41.

virtus cum cito inchoat diutius perseverat. Symm. laud. in Grat. 6.

Wirkung der Tugend.

in virtute posita est vera felicitas. Sen. de beat. vit. 18.

solae faciunt virtutes beatum. Macr. in somn. Scip. 1, 8.

sola virtus fortunatissimos potest facere.
Apul. de phil. mor. p. 74.

virtutem qui habet nullius is rei ad bene vivendum indiget.
Cic. de inv. 1, 50, 93.

sola virtus praestat gaudium perpetuum, securum. Sen. ep. 27.

. . . . . . semita certe
tranquillae per virtutem patet unica vitae. Juv. 11, 363.

virtus omnia in se habet: omnia adsunt
bona quem penes est virtus. Plaut. Amph. 652.

---

domat omnia virtus. No. 580 ed. Meyer.

vivos interdum saepe fortuna invidia fatigat; ubi anima naturae cessit demptis obtrectationibus ipsa se virtus magis magisque extollit.
Sall. ad Caes. de ord. rep. 2, 13.

habet apud malos quoque multum auctoritatis virtus.
Quint. decl. 253.

oderunt peccare boni virtutis amore. Hor. ep. 1, 16, 52.

virtus facit laudem, sequenda igitur. Quint. 5, 10, 83.

omnes bene vivendi rationes in virtute sunt conlocandae propterea quod sola virtus in sua potestate est, omnia praeter eam subiecta sunt sub fortunae dominationem. Corn. ad Her. 4, 17, 24.

ei non multum potest obesse fortuna qui sibi firmius in virtute quam in casu praesidium conlocavit. Corn. ad Her. 4, 19, 27.

in cuiuscunque animo virtus inest ei plurimum est tribuendum.
Vell. 2, 128, 2.

potest virtus sine praesidio fortunae quo contendit labore et constantia pervenire. Cic. Scaur. 1, 4.

miser esse qui virtutem habet non potest. Sen. ep. 92.

non dediscitur virtus. „ „ 50.

virtus nec eripi nec surripi potest unquam neque incendio neque naufragio amittitur. Cic. parad. 6, 51.

virtuti retro ire non licet. Sen. ep. 66.

nunquam in tantum virtus exstinguitur ut non certiores animo notas imprimat quam ut illas eradat ulla mutatio. Sen. ben. 7, 19.

succumbunt vitia virtutibus si illa cito odisse properaveris.
Sen. ben. 5, 1.

facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.
Plaut. Truc. 2, 6, 13.

Wertschätzung der Tugend.

nullum virtutum pretium dignum illis extra ipsas est.
Sen. de clem. 1, 1.

virtus est per se ipsa laudabilis et sine ea nihil laudari poterit.
Cic. de orat. 2, 84, 343.

nulla possessio nulla vis auri et argenti pluris quam virtus aestimanda est. Cic. parad. 6, 2.

virtutes isdem temporibus optime aestimantur quibus facillime gignuntur. Tac. Agric. 1.

publica religione consecrata virtus nulla privata laudatione indiget.
Val. Max. 3, 2, 3.

magno ubique pretio virtus aestimatur. " " 5, 4, 1.

virtutum omnium pretium in ipsis est. Sen. ben. 4, 1.

ipsa . . . sibimet virtus pulcherrima merces. Sil. Ital. 13, 663.

recte facti fecisse merces est. Sen. ep. 81.

unam virtutem propriam mortalibu' fecit:
cetera promisce voluit communia haberi. Varro 45 ed. Meyer.

honos praemium virtutis. Cic. de clar. orat. 81, 281.

virtus clara aeternaque habetur. Sall. Cat. 1.

sacra est magnarum virtutum memoria. Sen. ben. 4, 30.

quidquid fit cum virtute fit cum gloria. Syr. 713.

virtuti amorem nemo honeste denegat. " 770.

ne virtutibus multis abundat qui alienas amat. " 788.

magnos homines virtute metimur non fortuna. Nep. Eum. 1.

---

nunquam quanquam obscura virtus latet sed mittit sui signa.
Sen. de tranq. an. 3.

ipsa se virtus satis ostendit. Sall. Jug. 85.

nulla virtus latet et latuisse non ipsius est damnum. Sen. ep. 79.

virtutes ex tempore mutant genus. Varro sent. 70.

aevum impedimento virtuti non est; ea facile mutatur corrupto per licentiam ingenio. Aur. Vict. de Caes. 5, 3.

quaedam virtutem stimulis quaedam frenis egent.
Sen. de beat. vit. 25.

virtus nullo tempore relinquenda; virtuti vel ultro ad mortem proficisci est praeclarum. Corn. ad Her. 3, 5, 9.

utere virtute. Dion. Cat. sent. 44.

quaedam virtutes odio sunt: severitas obstinata, invictus adversus gratiam animus. Tac. ann. 15, 21.

.... virtus et summa potestas
on coeunt; semper metuet quem saeva pudebunt. Luc. 8, 495.

niqua raro maximis virtutibus
ortuna parcit. Sen. Herc. fur. 325.

ratior est pulchro veniens e corpore virtus. Sen. ep. 66.

nsignia virtutis multi etiam sine virtute adsecuti sunt.
Cic. ad fam. 3, 13, 1.

unquam potest non esse virtuti locus. Sen. Med. 161.

nsani sapiens nomen ferat, aequus iniqui
ltra quam. satis est virtutem si petat ipsam. Hor. ep. 1, 6, 15.

Tyrann.

qui morte cunctos luere supplicium iubet
nescit tyrannus esse. Sen. Herc. fur. 511.

udis est tyrannus morte qui poenam exigit. Sen. Agam. 987.

Ueben.

lifficile est tenere quae acceperis nisi exerceas. Plin. ep. 8, 14, 3.

rs sine adsiduitate dicendi non multum iuvat.
Corn. ad Her. 1, 1.

ntercidit eorum quae didiceris scientia nisi continuetur.
Sen. ben. 3, 5.

dfert vetustas omnibus in rebus longinqua observatione in credibilem scientiam. Cic. div. 1, 49, 109.

ihil est quod non adsidua meditatio facillimum reddat.
Veget. de re mil. 1, 19.

emo facere metuit quod se bene didicisse confidit.
Veget. de re mil. 1, 1.

xerce studium quamvis perceperis artem:
 cura ingenium sic et manus adiuvat usum. Dion. Cat. 4, 21.

Ueberall.

oc amo quod possum qualibet ire via. Petr. 156 ed. Meyer.

Ueberdrufs.

mnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est.
Cic. de orat. 3, 25, 100.

cit fastidium copia. Liv. 3, 1, 7.

ulla est voluptas quae non adsiduitate fastidium pariat.
Plin. n. h. 12, 17, 81.

pia ignaviam adfert. „ „ „ 11, 14, 35.

ntinuis vicina satietas. Quint. decl. 306.

brevis de concessis sed statim satietati vicinus adfectus est.
Quint. decl. 14, 8.

saepe cibis adfert serus fastidia finis. Rut. Nam. 2, 5.

Ueberflufs.

damnum nisi ex abundantia raro venit. Syr. 576.

facile remedium est ubertatis, sterilia nullo labore vincuntur.
Quint. 2, 4, 6.

recipiunt supervacua delectum. Sen. ep. 119.

Ueberlegen.

deliberandum est diu quod statuendum est semel. Syr. 116.

deliberare utilia mora tutissima est. „ 117.

quidquid conaris quo pervenias cogites. „ 415.

et priusquam incipias consulto et ubi consulueris mature facto opus est. Sall. Cat. 1.

solent diu cogitare omnes qui magna negotia volunt agere.
Corn. ad Her. 4, 11, 16.

multa quae impedita natura sunt consilio expediuntur. Liv. 25, 11.

difficultatum paene omnium diligens ratio est victrix.
Amm. Marc. 17, 8, 2.

plura consilio quam vi perficimus. Tac. ann. 2, 26.

consilium resque locusque dabunt. Ov. trist. 1, 1, 92.

posteriores cogitationes sapientiores esse solent prioribus.
Cic. phil. 12, 2, 5.

consultus esto. Dion. Cat. sent. 43.

male humanis ingeniis natura consuluit quod plerumque non futura sed transacta perpendimus. Curt. 8, 2, 1.

homini consilium tunc deest cum multa invenit. Syr. 192.

omnis deliberatio de dubiis est. Quint. 3, 8, 25.

qui deliberant desciverunt. Tac. hist. 2, 77.

qui de re nefaria deliberat id solum quaerit quomodo quam minimum peccare videatur. Quint. 3, 8, 47.

suadetur deliberantibus at ultro monentur. Sen. nat. qu. 2, 39.

Ueberreden.

nihil facile persuadetur invitis. Quint. 4, 3, 10.

Umgang.

cum his versare qui te meliorem facturi sunt. Sen. ep. 7.

cum bonis ambula. Dion. Cat. sent. 7.

nulla res magis animis honesta induit quam virorum bonorum conversatio. Sen. ep. 94.

cogita quantum nobis exempla bona prosint; scies magnorum virorum non minus praesentiam esse utilem quam memoriam.
Sen. ep. 102.

cum in domum alienam veneris et mutus et surdus esto. Capit. Ant. Pi. p. 277.

tua quod nihil refert ne cures. Plaut. Stich. 2, 1, 48.

tua quod nihil refert percontari desinas. Ter. Hec. 5, 3, 12.

Unähnlich.

dissimilis cunctis rex vultus vita voluntas. 938, 25 ed. Meyer.

Unangenehm.

iniucunda est paenitendae rei recordatio. Sen. de brev. vit. 10.

..... unum hoc scito: nimio celerius
venire quod molestum est quam illud quod petas. Plaut. most. 1, 1, 69.

odiosast oratio quom rem agas longinquom loqui. Plaut. merc. 3, 4, 25.

ingrata quae tuta ex temeritate spes. Tac. hist. 3, 26.

Unbekannt.

quod latet ignotum est, ignoti nulla cupido. Ov. a. a. 3, 397.

ignotum tibi tu noli praeponere notis:
cognita iudicio constant incognita casu. Dion. Cat. 1, 32.

communi fit vitio naturae ut invisis atque incognitis rebus magis confidamus vehementiusque exterreamur. Caes. de bello civ. 2, 4.

crede mihi: bene qui latuit bene vixit. Ov. trist. 3, 4, 25.

in dubiis multa deprehendimus plura reprehendimus; de futuris nullum certum est donec accidat. Quint. decl. exc. p. 382.

quid quaeque nox aut dies ferat incertum est. Liv. 3, 27, 7.

incertae sortis vivimus. Sen. suas. 4.

Unbesiegt.

ex istis quae terribilia videntur nihil est invictum. Sen. ep. 98.

Undankbar.

quid sit ingratus nulla lex monstrat. Sen. ben. 3, 7.

non quisquis non reddidit beneficium ingrati tenetur; animus aestimandus est non reddentis. Sen. contr. 2, 5.

improbus officium scit poscere reddere nescit. 938, 15 ed. Meyer.

obnoxii animi et infelicis ingeni est deprehendi in furto malle quam mutuum reddere. Plin. n. h. praef. 23.

nihil aeque concordiam humani generis dissociat ac distrahit quam vitium ingrati animi. Sen. ben. 4, 18.

nil homine terra peius ingrato creat. Auson. epigr. 140.

ingrato homine nihil impensiust. Plaut. Bacch. 394.

dixeris maledicta cuncta cum hominem ingratum dixeris. Syr. 506.

dandi et accipiendi beneficii commercium tollit quisquis bene merito parem referre gratiam neglegit. Val. Max. 5, 3 ext. 3.

ingratus unus omnibus miseris nocet. Syr. 216.

non est quod tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum. Sen. ben. 1, 1.

satius est perire bene meritis referentem gratiam quam ingratum vivere. Nep. Eum. 6.

ex tanti ut gratum invenias experiri et ingratos. Sen. ep. 81.

Unerfahren.

magis premunt saeva inexpertos. Sen. cur bon. vir. mal. fi. 4.

imperitis improbabile saepe verum, disquirenti nil perfecte notum. Varr. sent. 147.

quod intricavit alieniloquium imperitis est gravissimum. Varr. sent. 51.

a peritis non observandorum plurima imperitiae debentur. Varr. sent. 131.

Ungehört.

inaudita causa quenquam damnari aequitatis ratio non patitur. Marc. Pand. 48, 17, 1.

Ungerecht.

esto animo forti cum sis damnatus inique;
nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo. Dion. Cat. 2, 14.

Ungeschehen.

..... non tamen irritum
quodcunque retro est efficiet neque
diffinget infectumque reddet
quod fugiens semel hora vexit. Hor. od. 3, 29, 45.

Ungestraft.

maxima illecebra est peccandi impunitatis spes. Cic. Mil. 16, 43.

successus improborum plures allicit. Phaedr. 2, 3, 7.

non impune quisquam quod non licuit aspexit. Petr. 17.

Unkeusch.

mens impudicam facere non casus solet. Sen. Hipp. 735.

Unkraut.

neglectis urenda filix innascitur agris. Hor. sat. 1, 3, 37.

Unmöglich.

si quid effici non potest deliberatio tollitur. Cic. de part. orat. 24, 83.

fragmenta sarciri nullo modo queunt. Plin. n. h. 37, 2, 29.

multa fieri non posse priusquam sint facta iudicantur. Plin. n. h. 7, 1, 6.

Unnütz.

supervacuum est quo natura imus impelli. Sen. ben. 4, 17.

labor est inhibere volentes. Ov. met. 2, 128.

quo mihi fortunam si non conceditur uti? Hor. ep. 1, 5, 12.

Unrecht.

st nescire facere iniuriam. Syr. 769.
ni est iniurias despicere. Sen. de ira 2, 32.
ıam facere praestat iniuriam. Cic. Tusc. 5, 19, 56.
ꞩ iniurias acciperes tamen eas ferendo maiorem laudem ciscendo mererere. Cic. div. in Caec. 18, 60.
stat secundo gentium rumore iniuriam neglegere quam ad-ndicare. Fronto hist. princ. 5, 8.
aliquanto iniuriae beneficio vincuntur quam mutui odii a pensantur. Val. Max. 4, 2, 4.
r facile iniuriam
ιa contumelia. Pacuv. ap. Non. 430, 15.
mnam ferre possum si inde abest iniuria; etiam iniuriam ;ra constat contumelia. Caec. ap. Non. 430, 16.
ures quam oculi facilius ferunt. Syr. 220.
ιcilius facias quam feras. „ 616.
ılium iniuriae suae parvae videntur. Sall. Cat. 51.
comparatum est ut altius iniuriae quam merita descendant. Sen. ben. 1, 1.
›st alienis iniuriis quam re sua commoveri. Cic. Verr. 3, 72, 169.
rendo iniuriam invites novam. Syr. 494.
›se facias ubi non vindices. „ 221.
faciunt oderunt iniuriam. „ 144.
›so risus etiam iniuria est. „ 210.
facile fit potens iniuria. „ 617.
:rede nefas animam praeferre pudori
vitam vivendi perdere causas. Juv. 8, 76.
ıam poena iniuriae succumbere. Syr. 692.
:livius est iniuriae quam beneficio vicem exsolvere quia neri ultio in quaestu habetur. Tac. hist. 4, 3.
atur qui uni facit iniuriam. Syr. 302.
›rtamine qui opulentior est etiamsi accipit iniuriam tamen ιs potest facere videtur. Sall. Jug. 10.
sa bene fit homini iniuria. Syr. 455.
d res iniustas impellitur ut quisque altissimo animo est. Cic. off. 1, 19, 65.
›landum est ius regnandi gratia
est, aliis rebus pietatem colas. „ „ 3, 21, 82.
remedium est oblivio. Syr. 222.

Unschuld.

pa magnum est solacium. Cic. ad fam. 7, 3, 4.

proximum ad innocentiam locum tenet verecunda confessio. Syr. 799.

angusta innocentia est ad legem bonum esse; quanto latius patet officiorum quam iuris regula! Sen. de ira 2, 28.

verba innocenti reperire facile est, modum verborum misero tenere difficile. Curt. 6, 10, 1.

qui pro innocente dicit satis est eloquens. Syr. 425.

innocentiae plus periculi quam honoris est. Sall. Jug. 31.

innocentes nulla lex punit. Quint. decl. 366.

innocens si accusatus est absolvi potest, nocens nisi accusatus fuerit condemnari non potest. Cic. pro Rosc. Am. 20, 55.

insimulari quivis innocens potest revinci nisi nocens non potest. Apul. de mag. p. 249.

non facile de innocente crimen fingitur. Syr. 667.

reus innocens fortunam non testem timet. „ 452.

vetus dictum est: ut aurum igne itidem innocentiam iudicio spectari. Calp. Flacc. decl. 31.

felicior innocentia est citra suspitiones certior post reatum. Quint. decl. 17, 8.

sera post damnationem innocentiae defensio est. „ „ 372.

ubi innocens formidat damnat iudicem. Syr. 765.

ridiculum est odio nocentis perdere innocentiam. „ 805.

male haeret ibi innocentia ubi in potestate est secretum scelus. Quint. decl. 13, 6.

magna innocentiae necessitas est neminem facilius posse deprehendi. Quint. decl. 1, 6.

nullus innocens huc usque felix est ut diligentiae fingentium par sit. Quint. decl. 9, 6.

plerumque innocentes recenti invidiae impares. Tac. ann. 2, 77.

insontibus innoxia consilia, flagitiis manifestis subsidium ab audacia petitur. Tac. ann. 11, 26.

innocentia per se valet. Quint. decl. 268.

magnum est praesidium in periculis innocentia. Sen. contr. 7, 1.

ubi libido dominatur innocentiae leve praesidium est. Quint. 9, 4, 109.

innocentia per gradus certos ab homine discedit. Quint. decl. 1, 6.

solitudinem quaerat qui vult cum innocentibus vivere. Syr. 810.

Unterhaltend.

comes facundus in via pro vehiculo est. Syr. 91.

Unterliegen (besiegt).

homines ita parent se in vita ut vinci nesciant. Cic. Tusc. 5, 18, 52.

. . . . nec tam
turpe fuit vinci quam contendisse decorum est. Ov. met. 9, 5.
superari a superiore pars est gloriae. Syr. 845.
. . . . . tropaeum ferre me a forti viro
pulchrum est, si autem vincar vinci a tali nullum est
probrum. Att. ap. Macr. sat. 6, 1, 56.

irasci victos minime decet. Pomp. No. 448 ed. Meyer.

vincitur haud gratis iugulo qui provocat hostem. Luc. 4, 275.

victis etiam gladiatores parcunt. Quint. decl. 9, 18.

Untersuchung.

ipsa tractatio et quaestio cotidie ex se gignit aliquid quod cum desidiosa delectatione vestiges. Cic. de orat. 3, 23, 88.

Unverschämt.

contra impudentem stulta est nimia ingenuitas. Syr. 94.

Unvollkommen.

imperfectum est quidquid ad emendationem venit. Varr. sent. 31.

Unvollständig.

nihil est ab omni parte beatum. Hor. od. 2, 16, 27.

Unwarscheinlich.

simplex improbabilium assertio dementia est, laus infinita probatio. Varr. sent. 71.

Unwille.

magnum crimen secum adfert indignatio. Syr. 628.

Unwissenheit.

est utique profunda ignorantia nescire quod pecces. Syr. 826.

Ursache.

causarum cognitio cognitionem eventorum facit. Cic. top. 18, 67.

saepe honestas rerum causas ni iudicium adhibeas perniciosi exitus consecuntur. Tac. hist. 1, 83.

non sine usu fuerit introspicere illa primo aspectu levia ex quîs magnarum saepe rerum motus oriuntur. Tac. ann. 4, 32.

Urteil.

suum quisque iudicium habet. Suet. Aug. 54.

iudicia sunt libera. Cic. Tusc. 4, 4, 7.

iudicia interpellat affectus. Sen. ben. 2, 14.

liberius inter aliena iudicium est. Sen. ep. 98.

plerique mortales ad iudicandum satis ingeni habent aut simulant, verum ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus. Sall. ad Caes. de rep. ord. 1, 8.

hoc laboramus errore quod neminem aestimamus eo quo est sed adicimus illi et ea quibus exornatus est. Sen. ep. 76.

causas quisque et effectus non res aestimet. Plin. n. h. 29, 1, 28.

dubia est iudicii fortuna. Quint. decl. 371.
nihil iudicium magis trahit quam diffidentia petitoris. " " 306.
iudicia iudiciis rescindi non possunt. " " 372.

Vater.

bonus paterfamilias primus cubitu surgat postremus cubitum eat. Cato de r. r. 5, 5.
patrem familias vendacem non emacem esse oportet. Cato de r. r. 2, 7.
patres non tantum natura et illo initio continentur, satis est plerumque ad hoc ius videri. Quint. decl. 278.
avida est gloriae paterna pietas. " " 377.
probum patrem esse oportet qui gnatum suum
esse probiorem quam ipsus fuerit postulet. Plaut. Pseud. 437.
verbera cum tuleris discens aliquando magistri:
fer patris ingenium cum verbis exit in iram. Dion. Cat. 4, 6.
ames parentem si aequus est si aliter feras. Syr. 18.

Vaterland.

omne homini natale solum. Stat. Theb. 8, 320.
omne solum forti patria est. Ov. fast. 1, 493.
patria sua est ubicunque vixeris bene. Syr. 685.
patria est ubicunque est bene. Cic. Tusc. 5, 37, 108.
patria est ubicunque vir fortis sedem sibi elegit. Curt. 6, 4, 13.
nos et eam patriam ducimus ubi nati et illam in quam recepti sumus. Cic. de leg. 2, 2, 5.
terra hominis patria est qua nascimur et tumulamur. 938, 29 ed. Meyer.
non sum uni angulo natus: patria mea totus hic est mundus. Sen. ep. 28.
ubi sis cum tuis etsi absis patriam non desideres. Syr. 545.
. . . . . perdere est patriam grave
gravius timere. Sen. Troad. 916.
carere patria intolerabile est. Sen. ad Helv. 6.
exsilium patitur patriae qui se denegat Syr. 150.
pietatis summum primumque munus est rempublicam ut domum paternam diligere et avitam. Amm. Marc. 27, 6, 9.
. . . . virtus
commoda praeterea patriae sibi prima putare,
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.
Lucil. ap. Lact. inst. div. 6, 5, 2.

servare cives est patriae patri virtus. Sen. Oct. 446.
nemo patriam quia magna est amat sed quia sua. Sen. ep. 66.
omnium societatum nulla est gravior nulla carior quam ea quae cum republica est unicuique nostrum. Cic. off. 1, 17, 57.
patria est communis omnium parens. Cic. Catil. 1, 7, 17.
populi est mancipium quisquis patriae est similis. Syr. 375.
fugeris honestius tergumque civi dederis quam pugnaveris contra patriam. Liv. 7, 40, 13.
ut parentum saevitia sic patriae patiendo ac ferendo lenienda est. Liv. 27, 34, 14.
pugna pro patria. Dion. Cat. sent. 30.
immortalitas est pro republica mori. Calp. Flacc. decl. 50.
dulce et decorum est pro patria mori. Hor. od. 3, 2, 13.
certum est omnia licere pro patria. Quint. decl. 369.

Verachten.

minorem ne tu contempseris. Dion. Cat. sent. 49.
contemnendi sunt ineruditorum contemptus si ad summa vis progredi. Varr. sent. 141.
noli contemnere ea quae summos sublevant. Syr. 664.
despicere oportet quidquid possis deperdere. „ 120.
spreta exolescunt, si irascare agnita videntur. Tac. ann. 4, 34.
contemptu famae contemnuntur virtutes. „ „ 4, 39.
nemo ab alio contemnitur nisi a se ante contemptus est. Sen. ad Helv. 13.
nemo tanta auctoritate est qui non ubi peritia deficitur ab eo qui peritior est despiciatur. Fronto ad M. Aur. de eloq. 2, 8.
contemni turpe est legem donare superbum. Petr. 18.

Verbot.

nitimur in vetitum semper cupimusque negata. Ov. am. 3, 4, 17.
illicita amantur, excidit quidquid licet. Sen. Herc. Oet. 358.
avidius periculosa quibusque prohibentur mortales petunt. Aur. Vict. de Caes. 28, 7.
si prohibita impune transcenderis neque metus ultra neque pudor est. Tac. ann. 3, 54.

Verbrechen.

scelera quamvis citra exitum subsederunt puniuntur. Sen. contr. 4, 7.

nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
facti crimen habet. Juv. 13, 209.

Ursachen desselben.

.... primae scelerum causae mortalibus aegris
naturam nescire deum. Sil. Ital. 4, 794.

scelus ex natura mentis oritur. Quint. decl. 328.
longa consuetudo vetus amicitia facit ut veniat quis in sceleris societatem. Quint. decl. 307.

Eigentümlichkeiten.

scelera etiamsi non sint deprehensa cum fierent sollicitudo non cum ipsis abit. Sen. ep. 26.
scelus aliqua tutum nulla securum tulit. Sen. Hipp. 165.
maximum scelerum supplicium in ipsis est. Sen. ep. 87.
scelera conspectum suum reformidant. Sen. nat. qu. 1, 16.

---

scelera sceleribus tuenda sunt. Sen. de clem. 1, 13.
scelere velandum est scelus. Sen. Hipp. 721.
per scelera semper sceleribus tutum est iter. Sen. Agam. 115.
quod metuit auget qui scelus scelere obruit. „ „ 151.

. . . . . ad auctores redit
sceleris coacti culpa. Sen. Troad. 874.
quod quisque fecit patitur; auctorem scelus
repetit suoque premitur exemplo nocens. Sen. Herc. fur. 735.
saepe in magistrum scelera redierunt sua. Sen. Thy. 311.
scelerum promissio et iis qui promittunt perniciosa est et iis qui promittunt. Cic. phil. 8, 3, 10.

---

quaedam crimina ipsa magnitudine fidem non impetrant. Quint. decl. 377.
negata magnis sceleribus semper fides. Sen. Hipp. 162.
magnis sceleribus iura naturae intereunt. Sen. contr. 1, 7.

---

magna scelera his ipsis quibus occultari videntur aperiuntur. Quint. decl. 307.
multa scelera legem et iudicem effugiunt. Sen. ep. 97.
non diu latent scelera. Flor. 1, 36, 6.
multa sceleris indicia praeveniunt. Tac. ann. 14, 44.

---

scelera non intrant casas. Sen. Thy. 451.
nullum scelus rationem habet. Liv. 28, 28.
non semper scelera nostri iuris sunt. Sen. contr. 1, 4.
est quaedam scelerum ipsorum societas. Quint. decl. 322.
hoc natura simile est: facere scelus et probare. „ „ 255.
perdit plurimam de sceleribus voluptatem qui mandat et minus gratiae rebus ex nuntio venit. Quint. decl. 7, 10.

primum sceleratis naturale est alienam conscientiam fugere, deinde si quaerant adiutores quaerere. Quint. decl. 381.

summa scelera incipiuntur cum periculo peraguntur cum praemio. Tac. ann. 12, 67.

Vom Verhalten gegen das Verbrechen.

res optima est non exstirpare sceleratos sed scelera. Syr. 804.

..... scelera non ulcisceris
nisi vincis. Sen. Thy. 195.

sceleri modus debetur ubi facias scelus,
non ubi reponas. „ „ 1053.

est aliquid magnis crimen abesse malis. Ov. fast. 1, 484.

qui defendit crimen auditur tanquam reus, qui transfert tanquam accusator; malo autem loco est qui habet rei fortunam accusatoris invidiam. Sen. exc. contr. 4, 3 p. 419.

Verdächtig.

quod tibi suspectum est confestim discute quid sit:
namque solent primo quae sunt neglecta nocere. Dion. Cat. 4, 9.

regibus boni quam mali suspectiores sunt semperque his aliena virtus formidolosa est. Sall. Cat. 7.

Verdienst.

habent in meritis gratiam periculum quoque et difficultas. Quint. 7, 4, 22.

iniquissima magnorum meritorum condicio est si quidquid non fuerit adiectum de prioribus perit et pessimo exemplo gratiam praeteritis auferunt reliqua cessantia. Quint. decl. 5, 10.

si tibi pro meritis nemo respondet amicus
incusare deum noli sed te ipse coerce. Dion. Cat. 1, 23.

Vergangen.

praetermissa frustra revocantur. Plin. n. h. 18, 6, 44.

praeterita mutare non possumus. Cic. in Pis. 25, 59.

quod factum est fieri infectum non potest. Plaut. Aul. 4, 10, 11.

praeterita magis reprehendi possunt quam corrigi. Liv. 30, 30. cf. 36, 29.

praeteritum tempus nunquam revertitur. Cic. Cat. 19, 69.

salve est quod actum est. Sen. Herc. Oet. 1715.

saeva inquisitio in praeterita est. Quint. decl. 313.

non praeterita sed praesens aspicienda est fortuna. Phaedr. app. 29, 1.

ad praeterita rari animum retorquent homines. Sen. ben. 3, 3.

praeteriti rara memoria est nec unquam revocatur nisi praesentium occursu. Sen. ep. 124.

non omnia apud priores meliora. Tac. ann. 3, 55.

fortissima facinora viventium gravatius mortuorum gratius accipiuntur; favetur praeteritis praesentibus invidetur.
Fronto hist. princ. 2, 3.

audita visis laudamus libentius et praesentia invidia praeterita veneratione prosequimur et his nos obrui illis instrui credimus.
Vell. 2, 92, 4.

Vergänglich.

nihil tam firmum est cui periculum non sit ab invalido.
Curt. 7, 8, 15.

nihil est opere et manu factum quod non conficiat et consumat vetustas. Cic. Marc. 4, 11.

nihil semper floret. Cic. phil. 11, 15, 39.

ut sunt humana nihil est perpetuo datum. Plaut. cist. 1, 3, 46.

quidquid vides currit cum tempore. Sen. ep. 59.

omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt: inter peritura vivimus. Sen. ep. 91.

omnis dies omnis hora quam nihil simus ostendit et admonet fragilitatis. Sen. ep. 101.

nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est quam fama potentiae non sua vi nixae. Tac. ann. 13, 19.

fragilitatis humanae nimia in prosperis rebus oblivio est.
Curt. 4, 14, 20.

Vergebens.

nullum frustra cadit telum quod in confertum agmen immissum est.
Sen. ad Marc. 16.

... hominum genus in cassum frustraque laborat
semper et in curis consumit inanibus aevom. Lucr. 5, 1425.

Vergeltung.

solet a despectis par referri gratia. Phadr. 3, 2, 1.

bene merenti bene profuerit male merenti par erit.
Plaut. capt. 315.

Hesiodus „eadem mensura reddere“ iubet „quae acceperis aut etiam cumulatiore si possis“. Cic. Brut. 4, 16.

Vergessen.

etiam oblivisci quid sis interdum expedit. Syr. 142.

...... mos est oblivisci hominibus
neque novisse quoius nihili sit faciunda gratia. Plaut. capt. 985.

multos veterum velut inglorios et ignobiles oblivio obruit.
Tac. Agric. 46.

Vergleichen.

parva magnis saepe rectissime conferuntur. Cic. orat. 4, 14.

in voluptates descenditur, in res asperas et duras subeundum est.
Sen. ep. 123.

longior fideliorque est memoria voluptatum quam praesentia.
Sen. ad Pol. 29.

cum te mortalem noris praesentibus exple
deliciis animum; post mortem nulla voluptas.
No. 1564 ed. Meyer.

nec quisquamst tam ingenio duro nec tam firmo pectore quin ubi quicque occasionis sit sibi faciat bene. Plaut. asin. 944.

oculorum et aurium voluptates adeo non egent commendatione ut non tam incitari debeant oratione quam reprimi.
Plin. ep. 1, 8, 10.

voluptas e difficili data dulcissima est. Syr. 777.

quae venit ex tuto minus est accepta voluptas. Ov. a. a. 3, 603.

misera est voluptas ubi pericli memoria est. Syr. 293.

voluptas tacita metus est magis quam gaudium. „ 499.

.... ingenium est omnium
hominum ab labore proclive ad lubidinem. Ter. Andr. 1, 1, 50.

fluit voluptas corporis et prima quaeque avolat saepiusque relinquit causam paenitendi quam recordandi. Cic. fin. 2, 32, 106.

infamiae apud prodigos novissima voluptas est. Tac. ann. 6, 26.

Nachwirkungen des Vergnügens.

ita dis est complacitum voluptatem ut maeror comes consequatur:
quin incommodi plus malique ilico adsit boni si optigit quid.
Plaut. Amph. 635.

voluptas ad dolorem vergit nisi modum teneat. Sen. ep. 23.

sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. Hor. ep. 1, 2, 55.

improbarum voluptatum post ipsas paenitentia est. Sen. ep. 26.

non sine aliquo morsu resilitur a malis quae voluptate tenuerunt.
Quint. decl. 15, 12.

omnis voluptas quemcunque arrisit nocet. Syr. 681.

voluptati indulgere initium omnium malorum est. Sen. ep. 110.

modica voluptas laxat animos et temperat. Sen de ira 2, 20.

voluptates commendat parcior usus. Juv. 10, 136.

nulla est voluptas quae non adsiduitate fastidium pariat.
Plin. n. h. 12, 17, 81.

impedit consilium voluptas, rationi inimica est. Cic. Cat. 12, 42.

maximas virtutes iacere omnes necesse est voluptate dominante.
Cic. fin. 2, 35, 117.

debellandae sunt imprimis voluptates quae saeva quoque ad se ingenia rapiunt. Sen. ep. 51.

Verhältnisse.

omnibus nobis ut res dant sese ita magni atque humiles sumus.
Ter. Hec. 3, 3, 20.
honeste servit qui succumbit tempori. Syr. 199.
tempori aptari decet. Sen. Med. 175.

Verkehrtheit.

video meliora proboque | deteriora sequor. Ov. met. 7, 20.
dat veniam corvis vexat censura columbas. Juv. 2, 63.
quae nocuere sequar, fugiam quae profore credam.
Hor. ep. 1, 8, 11.
quidquid delirant reges plectuntur Achivi. „ „ 1, 2, 14.
damnare est obiurgare cum auxilio est opus. Syr. 111.

Verläumden.

grave crimen etiam leviter cum dictum est nocet. Syr. 180.
nam is non bene tibi vult qui falso criminat.
Enn. ap. Non. p. 470, 13.
multa sunt quae sola prolata calumniae possint videri obnoxia.
Apul. apol. Socr. p. 567. Oud.

Verlieren.

tolerabilius est faciliusque non acquirere quam amittere.
Sen. de tranq. an. 8.
gravis est vel minima iactura quia reparare quae amiseris gravius est. Plin. ep. 6, 8, 6.
est iactura gravis quae sunt amittere damnis:
sunt quaedam quae ferre decet patienter amice. Dion. Cat. 4, 36.
tum denique homines nostra intellegimus bona
quom quae in potestate habuimus ea amisimus. Plaut. capt. 142.
nihil magis placet quam quod amissum est. Sen. ad Marc. 16.
memoria teneamus amissa. Sen. ep. 98.
in aequo est dolor amissae rei et timor amittendae. ibid.
gravior in paucitate iactura est. Curt. 4, 14, 17.
nimiae opes magnae iacturae locum faciunt. „ 4, 11, 9.
non tam cumulus bonorum iucundus esse potest quam molesta decessio.
Cic. Tusc. 1, 46, 111.
amissum quod nescitur non amittitur. Syr. 23.
quod di dant boni cave culpa amissis. Plaut. Bacch. 1188.
certa amittimus dum incerta petimus. Plaut. Pseud. 685.
amittit merito proprium qui alienum adpetit. Phaedr. 1, 4, 1.

Vermeiden.

tria vitentur: odium invidia contemptus. Sen. ep. 14.
quid quisque vitet nunquam homini satis
cautum est in horas. Hor. od. 2, 13, 13.

Vermissen.

minus homines desiderant ea ex quibus nihil gaudii laetitiaeque perceperant. Sen. ad Marc. 12.

Vernunft.

domina omnium et regina ratio. Cic. Tusc. 2, 21, 47.
nihil sine ratione faciendum est. Sen. ben. 4, 10.
nihil potest esse diuturnum cui non subest ratio. Curt. 4, 14, 19.
bonum sine ratione nullum est; sequitur autem ratio naturam. Sen. ep. 66.
agentem te ratio ducat non fortuna. Liv. 22, 39.
qui ratione traduci ad meliora non possunt solo metu continentur. Quint. 12, 7, 2.
sanus est qui scit quid sit insania. Apul. de mag. p. 320.
raro simul hominibus bona fortuna bonaque mens datur. Liv. 30, 42.
quod si in secundis rebus bonam quoque mentem darent dei, non ea solum quae evenissent sed etiam ea quae evenire possent reputaremus. Liv. 30, 30.

Verräter.

nemo proditoris supplicio misericordia commovetur. Cic. Tusc. 4, 8, 18.
proditores etiam iis quos anteponunt invisi sunt. Tac. ann. 1, 58.
nemo unquam sapiens proditori credendum putavit. Cic. Verr. 2, 1, 15, 38.

Verschieden.

dispares mores disparia studia sequuntur. Cic. Lael. 20, 74.
denique non omnes eadem mirantur amantque. Hor. ep. 2, 2, 58.

Verschlimmern.

mature a rectis in prava, a pravis in praecipitia pervenitur. Vell. 2, 10, 1.
iactum tacendo crimen facias acrius. Syr. 203.
maledictum interpretando facias acrius. „ 266.
.... nihil est ...
quin male narrando possit depravarier. Ter. Phorm. 4, 4, 16.

Versprechen.

semper in fide quid senseris non quid dixeris cogitandum est. Cic. off. 1, 13, 40.
quod adfirmante quasi deo teste promiseris id tenendum est. Cic. off. 3, 29, 104.
quod praestare nequis ne hoc promiseris ulli,
ne sis ventosus dum vis urbanus haberi. Dion. Cat. 1, 25.

rem tibi promissam aliis promittere noli:
rara fides ideo est quia multi multa locuntur. Dion. Cat. 1, 13.
multa fidem promissa levant ubi plenius aequo
laudat venales qui vult extrudere merces. Hor. ep. 2, 2, 11.

Verstellung.

non licet hominem esse saepe ita ut volt si res non sinit. Ter. heaut. 4, 1, 53.

Versuchen.

non temptanda quae effici omnino non possint. Quint. 4, 5, 17.
multa experiendo fiunt quae segnibus ardua videntur. Tac. ann. 15, 59.
par est omnis omnia experiri qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt. Cic. orat. 1, 4.
faciendum prius hominis periculum quam eius te committas fidei. Phaedr. app. 17, 1.

Verteidigen.

homines magis defendenti quam accusanti favent. Sen. contr. 7, 5.
cuique defensio tribuenda. Tac. ann. 13, 20.
causa patrocinio non bona peior erit. Ov. trist. 1, 1, 26.

Verwandte.

cognatos cole. Dion. Cat. sent. 3.
benevoli coniunctio animi maxima est cognatio. Syr. 503.
nihil in propinquos temere constitui decet. Sen. Oct. 443.

Verzeihen.

in omni vitae genere hoc teneamus ut nobis implacabiles simus. Plin. ep. 8, 22, 3.
familiare est hominibus omnia sibi ignoscere nihil aliis remittere. Vell. 2, 30, 3.
nemo ad dandam veniam difficilior est quam qui illam petere saepius meruit. Sen. de clem. 1, 6.
ignoscito saepe alteri nunquam tibi. Syr. 208.
ignoscas aliis multa nihil tibi. Cleob. ap. Auson. p. 148.
demus alienis oblectationibus veniam ut nostris impetremus. Plin. ep. 9, 17, 4.
quicunque facto ignoscit et parcit sibi
errare meruit; morte damnari placet. Sen. Herc. Oet. 888.
cum inimico ignosces amicos gratis plures compares. Syr. 819.
recordatio veniae magnus est stimulus industriae. Calp. Flacc. decl. 26.
iniuriarum multo induci satius est. Plaut. Poen. 5, 5, 56.
.... rusum si reventum in gratiamst
bis tanto amici sunt inter se quam prius. Plaut. Amph. 942.

ptimum existimo qui ceteris ita ignoscit tanquam ipse quotidie peccet, ita peccatis abstinet tanquam nemini ignoscat.
Plin. ep. 8, 22, 2.

gnoscere hominum est ubi pudet cui ignoscitur. Syr. 607.

gnosci debet interdum armis superato rectori quam iustum quid sit ignoranti. Isocr. ap. Amm. Marc. 30, 8, 6.

acilius est iniuriam donare quam crimen. Sen. contr. 2, 3.

e mitissimus quidem victor statim ignovit. „ „ 10, 3.

ericulum est ne nimis facile victis ignoscendo plures ob id ipsum ad experiundam adversus nos fortunam belli incitemus.
Liv. 31, 31.

aepe ignoscendo das iniuriae locum. Syr. 736.

Verzweifeln.

esperatione ultima in furorem animus impellitur. Sen. contr. 9, 6.

ı quibusdam calamitatibus desperatio non est summus adfectus.
Quint. decl. 16, 8.

esperatio magnum ad honeste moriendum incitamentum.
Curt. 9, 5, 6.

ırpiter desperatur quidquid fieri potest. Quint. 1, 10, 8.

ınocentior est simplicitas desperare si remedia non noveris.
Quint. decl. 8, 3.

emo magis desperat quam qui se negat nosse languorem.
Quint. decl. 8, 14.

olent suprema facere securos mala. Sen. Oed. 386.

Viele.

ave multos si singulos non times. anon. No. 798 ed. Meyer.

Volk (Menge).

Charakter desselben.

olgus est cupiens voluptatum et si eodem princeps trahat laetum.
Tac. ann. 14, 14.

ıobile mutatur semper cum principe volgus.
Claud. de IV. cons. Hon. 302.

st volgus mutabile subitis. Tac. hist. 1, 69.

olgi opinio mutari vix potest. Cic. top. 19, 73.

olgus ex veritate pauca ex opinione multa aestimat.
Cic. pro Rosc. Com. 10, 29.

olgus veritatis pessimus interpres. Sen. de vit. beat. 2.

st turba semper argumentum pessimi. Syr. 136.

on est consilium in volgo non ratio non discrimen non diligentia.
Cic. pro Planc. 4, 9.

ihil est incertius volgo nihil obscurius voluntate hominum.
Cic. pro Mur. 17, 36.

nihil tam incertum nec tam inaestimabile est quam animi multitudinis. Liv. 31, 34.

populis voluntas haec est et vulgo data:
refragant primo suffragabunt post, scio.
Pomp. Papp. praet. 105 ed. Ribb.

nil est facilius quam in quemlibet adfectum movere populum. Quint. decl. 11, 7.

interdum volgus rectum videt, est ubi peccat. Hor. ep. 2, 1, 63.

nunquam ad contumacium pari consensu multitudo prorumpit sed incitantur a paucis qui vitiorum scelerumque immunitatem sperant peccantes cum plurimis. Veget. de re mil. 3, 4.

mota semel multitudo modum non servat. Sen. contr. 3, 8.

multitudo aut servit humiliter aut superbe dominatur; libertatem quae media est nec cupere modice nec habere sciunt. Liv. 24, 25.

mos populis: venturus amatur. Stat. Theb. 1, 170.

populus semper dignitatis iniquus iudex est qui aut invidet aut favet. Cic. pro Planc. 3, 7.

calcat iacentem volgus, invisum opprimit. Sen. Oct. 457.

volgus quidquid cum gaudio accipit cum fletu amittit. Varr. sent. 38.

maxime voluntatem plebis offendit: non rogari. Calp. Flacc. decl. 45.

ubique populus dominatur et praepollet; igitur ut populo gratum erit ita facies atque ita dices. Fronto ad M. Aur. 2, 4, 4.

---

nil impetrare cum valet iuste dolet (volgus). Sen. Oct. 582.

minuta plebes facili praesidio latet. Phaedr. 4, 6, 13.

humiles laborant ubi potentes dissident. „ 1, 30, 1.

Verhalten gegen das Volk.

honores iniuriaeque volgi in promiscuo habenda, nec his dolendum nec illis gaudendum. Sen. de const. 19.

dum volgus colat iustitiam nil interest utrum vera praedices. Varr. sent. 99.

iudicium populi nunquam contempseris unus:
ne nulli placeas dum vis contemnere multos. Dion. Cat. 2, 29.

qui ex errore imperitae multitudinis pendet hic in magnis viris non est habendus. Cic. off. 1, 19, 65.

ratio est vitae in multam concedere turbam. Varr. sent. 9.

contrarie opinari pluribus nec in omnibus conveniens nec in aliquibus incontingens. Varr. sent. 59.

in multis contra omnes sapere desipere est. „ „ 10.

turbam rerum hominumque desiderent, qui se pati nesciunt. Sen. nat. qu. 4 praef.

---

palam mutire plebeio piaculum est. Enn. ap. Fest. p. 145.
publica violatio fidei non debet unius lui sanguine. Vell. 2, 1, 5.
sua cuique genti etiam facies manet. Calp. Flacc. decl. 2.
nulla quamvis minima natio potest ab adversariis deleri nisi propriis simultatibus se ipsa consumpserit. Veget. de re mil. 3, 10.

Vollkommen.

nihil est simul et inventum et perfectum. Cic. Brut. 18, 71.
difficilis in perfecto mora est naturaliterque quod procedere non potest recedit. Vell. 1, 17, 6.

Vorbereitet.

praeparatis favor repentinis gratia exhibenda est. Varr. sent. 42.

Vorbild.

sic agitur censura et sic exempla parantur
cum vindex alios quod monet ipse facit. Ov. fast. 6, 647.

Vorfahren.

maiores non inventa nobis reliquerunt sed quaerenda. Sen. ep. 45.
multum egerunt qui ante nos fuerunt sed non peregerunt. Sen. ep. 64.
non omnia apud priscos meliora sed nostra quoque aetas multa laudis et artium imitanda posteris tulit. Tac. ann. 3, 50.

Vorschrift.

ingenii vis praeceptis alitur et crescit. Sen. ep. 94.
instrue praeceptis animum nec discere cesses:
nam sine doctrina vita est quasi mortis imago. Dion. Cat. 3 praef.
plus prodest si pauca praecepta sapientiae teneas sed illa in promptu tibi et in usu sint quam si multa quidem didiceris sed illa non habeas ad manum. Sen. ben. 7, 1.
in omnibus fere minus valent praecepta quam experimenta. Quint. 2, 5, 15.
nihil proficiunt praecepta quamdiu menti error obfusus est. Sen. ep. 94.
praecepta dare scienti supervacuum est nescienti parum. Sen. ep. 94.
non aliud praecipere debes nisi quod prius tibi ipse imperaveris. Val. Max. 8, 6, 3.
nullos peius mereri de omnibus mortalibus iudico quam qui aliter vivunt quam vivendum esse praecipiunt. Sen. ep. 108.
sincerum est nisi vas quodcunque infundis acescit. Hor. ep. 1, 2, 54.

caret periclo qui etiam cum est tutus cavet. Syr. 82.
cavendi nulla est dimittenda occasio. „ 567.
non cito ruina perit is qui rimam timet. „ 833.
qui metuit calamitatem rarius accipit. „ 718.
qui timet insidias omnes nullas incidit. „ 722.
ille qui consulte docte atque astute cavet
diutine uti bene licet partum bene. Plaut. rud. 1240.
semper cavere hoc sapientis aequissumumst
ne conscii sint ipsi malefici suis. „ „ 1246.
est sapientis quidquid homini accidere possit id praemeditari ferendum modice esse si evenerit. Cic. phil. 11, 3, 7.
praemeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum quae advenientia longe ante videris. Cic. Tusc. 3, 14, 29.
ad id quod ne timeatur fortuna facit minime tuti sunt homines quia quod neglexerunt incautum atque apertum habeas. Liv. 25, 38.
cave quicquam incipias quod poeniteat postea. Syr. 86.

Waare.

laudat venales qui vult extrudere merces. Hor. ep. 2, 2, 11.
proba merx facile emptorem reperit tametsi in abstruso sita est. Plaut. Poen. 1, 2, 132.

Wachen.

vigilare addecet qui volt sua temperi conficere officia. Plaut. rud. 921.
vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis. Att. ap. Cic. Sest. 48, 102.

Wachstum.

ubi incremento locus non est vicinus occasus est. Sen. ad Marc. 23.

Waffen.

qui viget vescatur armis ut percipiat praemium. Pacuv. arm. iud. 2, 22 ed. Ribb.

Wagen.

audendo magnus tegitur timor. Luc. 4, 702.
non quia difficilia sunt non audemus, sed quia non audemus difficilia sunt. Sen. ep. 104.
tam malumst audere semper quam malumst semper pudor. Florus ed. Luc. Müller p. 29.
suspice etiamsi decidunt magna conantes. Sen. de vita beata 20.

Warheit.

Merkmale der Warheit.

verum est utique quod semper est. Quint. decl. 10, 14.

veritatis una vis una facies est. Sen. ep. 102.

veritas in omnem partem sui semper eadem est. „ „ 79.

nihil est veritatis luce dulcius. Cic. acad. 2, 10, 31.

veritatis oratio simplex est. Sen. ep. 49.

veritatis absolutus sermo ac semper est simplex. Amm. Marc. 14, 10, 13. cf. 17, 5, 4.

multa adsolet veritas praebere vestigia sui. Liv. 40, 54.

involuta veritas in alto latet. Sen. ben. 7, 1.

quod verum est per se lucet sed non nisi pertinaciter disquirenti apparet. Varr. sent. 49.

latet omne verum. Macr. in somn. Scip. 1, 3.

patet omnibus veritas, nondum est occupata; multum ex illa etiam futuris relictum est. Sen. ep. 33.

veritatem dies aperit. Sen. de ira 2, 22.

iis quae consecravit sapientia noceri non potest; nulla abolebit aetas, nulla diminuet. Sen. de brev. vit. 15.

veritas laborat nimis saepe, nunquam exstinguitur. Liv. 22, 39, 19.

veritas nunquam perit. Sen. Troad. 618.

veritas visu et mora falsa festinatione et incertis valescunt. Tac. ann. 2, 39.

veritas odit moras. Sen. Oed. 849.

obsequium amicos veritas odium parit. Cic. Lael. 24, 89.

veritas odium parit. Ter. Andr. 1, 1, 41.

honeste factis veritas sufficit. Plin. ep. 7, 33, 10.

inexplorata veritas magis anxios efficit quam paratos. Symm. in Valent. 11, 14.

ubi explorari vera non possunt, falsa per metum augentur. Curt. 4, 10, 10.

nimium altercando veritas amittitur. Syr. 326.

ultra veritatem est qui in planis quaerit offendiculum. Varr. sent. 139.

duae res plurimum roboris animo dant: fides veri et fiducia. Sen. ep. 94.

---

omnes male habet ignorantia veri. Sen. ep. 118.

facilitas intellegentiae veri parit neglegentiam. Varr. sat. 50.

amator veri non tam spectat qualiter dicatur sed quid; intellegentiam veri sequitur iudicium doctorum; ultimum est dicendi qualitas. Varr. sent. [illegible]

verum cur non audimus? quia non dicimus. Syr. 768.
multi perierunt dum nolunt sibi verum dicere. Petr. 47.
nocet saepe verum dicere. Phaedr. app. 15, 1.
qui in vero dubit at male agit cum deliberat. Syr. 717.
dum omnia quaerimus aliquando ad verum ubi minime exspectavimus pervenimus. Quint. 12, 8, 11.
verum est quod pro salute fit mendacium. Syr. 493.

Wechsel.

Derselbe tritt rasch ein.

actutum fortunae solent mutari. Plaut. Truc. 2, 1, 9.
nihil est periculosius in hominibus mutata subito fortuna. Quint. decl. 260.

quem res plus nimio delectavere secundae
mutatae quatient. Hor. ep. 1, 10, 30.

versatur celeri fors levis orbe rotae. Tib. 1, 5, 70.
cuncta fluunt omnisque vagans formatur imago. Ov. met. 15, 178.
humanae res fluxae et mobiles semper in adversa mutantur. Sall. Jug. 104.
nihil semper floret, aetas succedit aetati. Cic. phil. 11, 15, 39.
breves et mutabiles vices rerum sunt et fortuna nunquam simpliciter indulget. Curt. 4, 14, 19.
habet has vices condicio mortalium ut adversa ex secundis ex adversis secunda nascantur. Plin. pan. 5, 9.

. . . . . . vice cuncta reguntur
alternisque regunt. Stat. silv. 3, 3, 49.

topper (= cito) fortunae commutantur hominibus. Poeta ap. Fest. 352.

sic rerum natura iubet sic temporis ordo:
quae modo sunt pereunt; quaeque futura cadent. 1275, 5 ed. Meyer.

aspice quam subito marcet quod floruit ante.
aspice quam subito quod stetit ante cadit.
nascentes morimur finisque ab origine pendet.
illa eadem vitam quae inchoat hora rapit. 1168 ed. Meyer.

cedit enim rerum novitate extrusa vetustas
semper et ex aliis aliud reparare necessest. Lucr. 3, 962.

mutat enim mundi naturam totius aetas
ex alioque alius status excipere omnia debet
nec manet ulla sui similis res. Lucr. 5, 825.

rebus cunctis inest quidam velut orbis ut quem ad modum temporum vices ita morum vertantur. Tac. ann. 3, 55.

Auf Regen folgt Sonnenschein.

non semper imbres nubibus hispidos
manant in agros. Hor. od. 2, 9, 1.

.... non si male nunc et olim
sic erit. Hor. od. 2, 10, 17.

nec fera tempestas toto tamen horret in anno
et tibi (crede mihi!) tempora veris erunt. Ov. fast. 1, 495.

multa dies variique labor mutabilis aevi
rettulit in melius, multos alterna revisens
lusit et in solido rursus fortuna locavit. Verg. Aen. 11, 425.

miseros meliora sequentur. " " 12, 153.

totam vitam miscet dolor et gaudium. Phaedr. 4, 17, 10.

quondam etiam victis redit in praecordia virtus
victoresque cadunt quoniam fors omnia versat. 1613, 78 ed. Meyer.

Bereite dich vor auf den Wechsel!

errant qui in prosperis rebus omnis impetus fortunae se putant fugisse; sapienter cogitant qui temporibus secundis casus adversos reformidant. Corn. ad Her. 4, 17, 24.

nemo confidat nimium secundis,
nemo desperet meliora lapsis. Sen. Thy. 615.

sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. Hor. od. 2, 10, 13.

quo quisque plus potest quoque latius patet ad fortunae incursus, hoc magis cogitare debet atque respicere quantum in nos fortunae regnum sit quam instabili sede humana constent.
Quint. decl. 9, 17.

Der Wechsel erfreut.

pulcherrimus locus semper assidenti odibilis est: gaudet natura varietate. Varr. sent. 66.

effugere optat opes et quae modo voverat odit. Ov. met. 11, 128.

accidit uti eo recurrant homines et id cupidissime petant quod paulo ante contempserint. Caes. de bello civ. 1, 85.

ingenia nostra nunc hac nunc illa meditatione recoluntur.
Plin. ep. 7, 9, 7.

... hominum ingenium flecti ducique per artes
non rigidas docta mobilitate decet. Plin. ep. 7, 9, 11.

vorsipellem esse hominem convenit quoi pectus sapit.
Plaut. Bacch. 658.

non permanendum in una sententia conversis rebus sed temporibus serviendum. Cic. ad fam. 1, 9, 21.

quam saepe veniam qui negaverat petit. Syr. 707.
vix quisquam transit in bonum nisi ex malo. „ 774.
quem bono tenere non potueris contineas malo. „ 800.
quidquid alteri perit in alterum transit. Sen. nat. qu. 3, 10.
aestatem auctumnus sequitur post acer hiems fit.
Enn. ap. Prisc. 5, p. 647 P.
quando fortuna non mutat fidem. Vell. 2, 53, 2.
mutatio voluntatis indicat animum natare aliubi. Sen. ep. 35.
pessimus quisque diffidentia praesentium mutationem pavens adversus publicum odium privatam gratiam praeparat. Tac. hist. 1, 72.
in principatu commutando saepius
nil praeter domini nomen mutant pauperes. Phaedr. 1, 15, 1.
non ut hominum vultus ita locorum facies mutantur.
Tac. ann. 14, 10.

Weg.

iter est quacunque dat prior vestigium. Syr. 244.
nescit quo tendat qui multas sequitur vias. Varr. sent. 88.
nunquam deveniet qui quot videt sequitur calles. „ „ 92.
via eunti aliquid extremum est. Sen. ep. 16.
nullum sine exitu iter est. „ „ 77.

Weib (Frau).

Charakter des Weibes.

mobilior ventis est femina. Calp. ecl. 3, 10.
.... varium et mutabile semper
femina. Verg. Aen. 4, 569.
crede ratem ventis, animum ne crede puellis:
namque est feminea tutior unda fide. Pentad. 245 ed. Meyer.
dediscere flere feminam est mendacium. Syr. 577.
muliebris lacrima condimentum malitia est. „ 299.
.... struit insidias lacrimis cum femina plorat. Dion. Cat. 3, 19.
illecebris et blanditiis magis capiuntur mulieres quam pretiis.
Quint. decl. 379.
blanditiae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.
Liv. 1, 9, 16.
omnis mulier intra pectus celat virus pestilens:
dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio.
Flor. 214 ed. Meyer. ed. L. Müller p. 29.
femina nulla bona est vel si bona contigit una,
nescio quo fato res mala facta bona. Pentad. 245 ed. Meyer.
dux malorum femina. Sen. Hipp. 560.
mulieri dedit natura pronum malo animum. Sen. Oct. 871.
melius quam viri callent mulieres. Att. ap. Non. 257, 30.

malo in consilio feminae vincunt viros. Syr. 280.
mulier cum sola cogitat male cogitat. „ 300.
aetas et corpus tenerum et morigeratio
haec sunt venena formosarum mulierum. Afran. ap. Non. 2, 2.
facilis feminarum credulitas ad gaudia. Tac. ann. 14, 4.
nihil est tam pronum ad simultates quam aemulatio in feminis praesertim. Plin. pan. 84, 2.
...... pronus semper muliebris in iras
est animus scelerisque ferax seges atque malorum.
Sen. Med. prooem. 8.
multa mulierum sunt vitia sed hoc e multis maxumum est quum sibi nimis placent. Plaut. Poen. 5, 4, 47.
quae vult videri bella nimis nulli negat. Syr. 395.
...... mulier saevissima tunc est
cum stimulos odio pudor admovet. Juv. 11, 328.
aperte mala cum est mulier tunc demum est bona. Syr. 34.
aut amat aut odit mulier; nihil est tertium. „ 42.
feminae naturam cogere desperare est otium. „ 509.
mulier es: audacter iuras. Plaut. Amph. 836.
neque eques neque pedes profectost quisquam tanta audacia
qui aeque faciat confidenter quicquam quam mulieres.
Plaut. mil. gl. 464.
nil temere uxori ac servis crede querenti:
saepe etenim mulier quem coniux diligit amat. Dion. Cat. 1, 8.
vento quid levius? fulmen. quid fulmine? fama.
fama quid? mulier. quid muliere? nihil. Sen. No. 133 ed. Meyer.
avarum est mulierum genus. Poeta ap. Cic. de inv. 1, 50, 94.

Vom Verhalten des Weibes.

intolerabilius nihil est quam femina dives. Juv. 6, 460.
casta ad virum matrona parendo imperat. Syr. 83.
mulier quae multis nubit multis non placet. „ 301.
multis placere quae cupit culpam capit. „ 303.
uxori sufficit obsequii gloria. Plin. pan. 83, 7.
viri in eo culpa si femina modum excedit. Tac. ann. 3, 34.
in bona uxore tanto maior laus quanto in mala plus culpae est.
Tac. Agric. 6.
vera ornamenta matronarum pudicitia non vestes.
Just. 20, 4, 12.
neque femina amissa pudicitia alia abnuerit. Tac. ann. 4, 3.
matronalis pudor tutelam non ex sua tantum innocentia habet, omnis in feminas venit maritorum praedicatione reverentia.
Quint. decl. 18, 5.

munditiae et ornatus et cultus: haec feminarum insignia sunt. Liv. 34, 7.
muliebris dolor quo est maestior imbecillo animo eo miserabilia magis querentibus subicit. Liv. 3, 48, 8.
quaecunque femina vini usum immoderate appetit omnibus et virtutibus ianuam claudit et delictis aperit. Val. Max. 6, 3, 9.

Von der Mitgift.

dummodo morata recte veniat dotata est satis. Plaut. Aul. 2, 2, 62.
quae indotata est ea in potestate est viri. „ „ 3, 5, 60.
dos est magna parentium
virtus. Hor. od. 3, 24, 21.
uxorem fuge ne ducas sub nomine dotis
nec retinere velis si coeperit esse molesta. Dion. Cat. 3, 11.

Vom Verhalten gegenüber dem Weibe.

uxoris linguam si frugi est ferre memento:
namque malumst non velle pati nec posse tacere. Dion. Cat. 3, 22.
cum tibi sit coniux nec res et fama laboret
vitandum ducas inimicum nomen amici. „ „ 4, 47.
coniugem ama. Dion. sent. 51.
perenne coniugium animus non corpus facit. Syr. 368.
uxor dignitatis nomen est non voluptatis. Ael. Gall. de verb. sign. fragm.
uxor legitimus debet quasi census amari
nec censum vellem semper amare meum. Petr. 147 ed. Meyer.

---

tam malumst foris amica quam malumst uxor domi. Flor. ed. L. Müller p. 29.
naufragium verum est mulier male fida marito. 938, 6 ed. Meyer.
obsequium nuptae cito fit odium pellicis. Syr. 345.
inter pares quoque annos citius femina senescit neque amatur anus uxor nisi memoria. Quint. decl. 306.
muliebrium vitiorum fundamentum avaritia est. Sen. contr. 2, 7.

Wein.

parant vina animos. Ov. a. a. 1, 237. cf. met. 12, 242.
vino aluntur vires sanguis colosque hominum. Plin. n. h. 23, 1, 37.
et fervent multo linguaque corque mero. Ov. fast. 2, 731.
vinum incendit iram. Sen. de ira 2, 19.
ubi possedit animum nimia vis vini quidquid mali latebat emergit. Sen. ep. 83.
solutior est post vinum licentia. Sen. de ira 3, 37.
vita vinum est. Petr. 34.

vince mero curas et quidquid forte remordet
comprime deque animo nubila pelle tuo. No. 933 ed. Meyer.

vino nihil iucundius quisquam bibit.
hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.
hoc hilaritatis dulce seminarium.
hoc continet coagulum convivia. Varro No. 43 ed. Meyer.

balnea vina Venus corrumpunt corpora nostra;
conservant eadem balnea vina Venus. 934 ed. Meyer.

vino te tempera. Dion. Cat. sent. 29.

vino debemus homines quod soli animalium non sitientes bibimus. Plin. n. h. 23, 1, 42.

deditos vino extrema potatio delectat. Sen. ep. 12.

Weinen (Thränen).

lacrima est indicium inoptatae rei. Sen. contr. 8, 6.

nemo unquam quod cupit deflet. ibid.

lacrimae pignora sunt nolentium et repugnantis animi vultus index. Sen. contr. 8, 6.

haud quisquam honeste flere quod voluit potest. Sen. Hipp. 1119.

plerumque omnis dolor per lacrimas effluit. Sen. contr. 10, 1.

fletus aerumnas levat. Sen. Troad. 769.

lacrimae coacti doloris inter praecordia et intolerabilis silentii eruptio. Quint. decl. 6, 3.

est quaedam flere voluptas. Ov. trist. 4, 3, 37. cf. ep. 8, 61.

est quaedam dolendi voluptas. Plin. ep. 8, 16, 5.

moeror lacrimas amat adsuetas,
flendi miseris dira cupido est. Sen. Thy. 953.

beatum deflere invidia est, nullum dementia. Sen. ad Pol. 27.

.... est aequum tumulis mandare peremptos
firmo animo et luctum lacrimis finire diurnis. Hom. ap. Cic. Tusc. 3, 27, 65.

conqueri fortunam adversam non lamentari decet:
id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus. Pac. ap. Char. 2, p. 190. P.

.... licet
lacrimare plebi regi honeste non licet. Enn. ap. Hier. epit. Nepot. p. 598.

flere certe per legem licet. Quint. decl. 6, 3.

nulla flendi maior est causa quam flere non posse. Sen. contr. 4, 1.

contubernia illic sunt lacrimarum quando misericors conspicit miserum. Syr. 818.

omnes sciunt lacrimas ex uno misericordiae fonte manare, in amore vel maxime; nam iisdem oculis quibus amatur et fletur.
Calp. Flacc. decl. 16.

nunquam lacrimae supprimuntur imperio immo etiam irritantur.
Sen. contr. 4, 1.

lacrimae celerrime inarescunt. Quint. decl. 338.

cito inarescit lacrima praesertim in alienis malis.
Cic. part. orat. 17.

qui multum in aliorum misericordia ponunt ignorant quam celeriter lacrimae inarescant. Curt. 5, 5, 11.

paratae lacrimae insidias non fletum indicant. Syr. 354.

quod flenti (puero) negatum fuerit quieto offeratur.
Sen. de ira 2, 21.

Weisheit.

Wer ist weise?

hoc est primum sapientiae rudimentum: meditari condiscere loquitari dediscere Apul. flor. p. 20.

a natura non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientia est; beata est ergo vita conveniens naturae suae.
Sen. de vit. beat. 3.

sapientia est semper idem velle atque idem nolle. Sen. ep. 20.

nervi atque artus sunt sapientiae: non temere credere.
Cic. de pet. cons. 10, 39.

qui pote consilium fugere sapere idem potest. Syr. 423.

ita sapere opino esse optumum ut pro viribus
tacere ac fabulari tute noveris. Enn. ap. Non. 475, 3.

sapiens divitiarum naturalium est quaesitor acerrimus. Sen. ep. 119.

sapiens est artifex domandi mala. „ „ 85.

sapientia domina rectrixque est: artes serviunt vitae sapientia imperat.
Sen. ep. 85.

percepit sapientiam si quis tam securus moritur quam nascitur.
Sen. ep. 22.

Wie gelangt man zur Weisheit?

nulli sapere casu obtigit. Sen. ep. 76.

nemo nascitur sapiens sed fit. Sen. de ira 2, 10.

non aetate verum ingenio apiscitur sapientia. Plaut. Trin. 367.

nec quisquam sophiam sapientia quae perhibetur
in somnis vidit prius quam sam (= eam) discere coepit.
Enn. ap. Fest. p. 325.

deliberando discitur sapientia. Syr. 114.

ex vitio alius sapiens emendat suum. „ 152.

sensus non aetas invenit sapientiam. „ 743.

nemo solus satis sapit: nam ego multos saepe vidi
regionem fugere consili prius quam repertam haberent.
Plaut. mil. gl. 885.

nemo mortalium omnibus horis sapit. Plin. n. h. 7, 40, 131.

pauca sapientibus fortuna tribuit; quae autem maxima et necessaria sunt, animi mentisque cogitationibus gubernantur.
Vitr. 6 prooem. 3.

---

vultu an natura sapiens sis multum interest. Syr. 501.

multa scit sapiens quae cum nemine contulit. Varr. sent. 101.

saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia.
Caec. ap. Cic. Tusc. 3, 23, 56.

melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt. Sen. ep. 94.

Wirkungen der Weisheit.

inter cetera hoc habet boni sapientia: nemo ab altero potest vinci nisi dum ascenditur. Sen. ep. 79.

soli omnium otiosi sunt qui sapientiae vacant.
Sen. de brev. vit. 14.

sapientia boni amatorem adolescentem facit sed eum qui probitate ingenii sit ad bonas artes promptior. Apul. de phil. mor. p. 73.

scribendi recte sapere est et principium et fons. Hor. a. p. 309.

licet sapere sine pompa sine invidia. Sen. ep. 103.

dives est qui sapiens est. Hor. sat. 1, 3, 124.

homo doctus in se semper divitias habet. Phaedr. 4, 22, 1.

sapiens contra omnes arma fert cum cogitat. Syr. 456.

sapiens quod petitur ubi tacet breviter negat. „ 457.

quod in divinis rebus sumptumst sapienti lucrost.
Plaut. mil. glor. 674.

sapiens quidem pol ipsus fingit fortunam sibi. Plaut. Trin. 363.

isque quaque sapere oportet: id erit telum acerrimum.
Cic. ad fam. 7, 16, 1.

nequiquam sapit sapiens qui sibi ipsi prodesse non quit.
Enn. ap. Cic. off. 3, 15, 62. cf. ad fam. 7, 6, 2.

flammam sapiens facilius ore in ardente opprimit
quam bona (= salsa) dicta teneat.
Enn. ap. Cic. de orat. 2, 54, 222.

Pflichten des Weisen.

proprium sapientis officium est recte eligere neque perperam vel postponere vel anteferre. Fronto ad M. Aur. de eloq. 1, 2.

turpe est sapienti cum habeat animum captare laudes ex corpore.
Amm. Marc. 25, 4, 7.

nec secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt.
